

I SEMPREVERDE

GIOVANNI PASCOLI

# Poesie latine

ATHENA
EDIZIONI

Athena Edizioni ti regala questo libro in formato cartaceo, stampato e spedito gratuitamente a casa tua. Infatti per ogni libro acquistato dal sito potrai scegliere un libro della collana Sempreverde in omaggio. Visita edizioniathena.it per maggiori informazioni.

\pard\sl312\slmult0 \pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0CATULLOCALVOS

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult
0 *SATURA*

\pard\sl312\slmult0

\pard\
sl312\slmul
t0 *Iohanni
comiti
Codronchio
Argelio*

*senato
ri sacra*

\pard\sl312\slmult0

Ibat per *Veteres* tunicatus forte *Tabernas*

quidam annis iuvenis nec voltu serior idem,

bellus et urbanus, nihil indefessus agendo.



\pard\sl312\slmult0

Si toga dest umeris, digito non, thunice, laevae,
\pard\sl312\slmult0 anule, non destis levibus, sicyonia, talis.
\pard\sl312\slmult0 Praeterea flavos, procero corpore, sic ut
trans ripas fortasse Padi crevisse putares.
Cetera nil optet puero nutricula, quod non
huic uno tribuat, formam, rem, denique mentem,
\pard\sl312\slmult0 aspectu quivis, nisi quid color arguit albus
\pard\sl312\slmult0 atque inducta genis oculorum longior umbra.
Venerat ad nonam pedetemtim a Castore pilam,
qua crotalis sonat et mima saltante taberna:
exadversus adest statura parvolus alter,
\pard\sl312\slmult0 mundus et acer et is qui vano plurima gestu


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 secum ageret, digitis conclusis rite duobus,

saepius extendens infesto pollice dextram.

Perstrictus taciti strepitu certaminis auris

cauponam pernix evaserat, ecce «Quid?» audit

\pard\sl312\slmult0 «quo videor, Licini, tibi casu struma Vatini?

\pard\sl312\slmult0 nam minitabundus praeter nos ire parabas.

Effluxitne animo quod heri convenit? Adesdum!»

«O Valeri, mi feste dies» respondit, «at adsum.

Nescioquid mecum gradiens meditabar et ultra

\pard\sl312\slmult0 quam vellem mentis nos impetus ipse ferebat.

\pard\sl312\slmult0 Quid tu, belle? satin recte? Sed pallor amantem

arguit. Heu vereor ne exerceat illa âïῶðéò



\pard\sl312\slmult0

Alciden Iuno te alium. Cave. Consulis uxor
est, si non eadem Iovis est uxorque sororque!»
\pard\sl312\slmult0 « Nugaris, Licini: nihil hoc» ait «adtinet ad nos.
\pard\sl312\slmult0 Amentis, nec amantis erat». «Cur? scire laboro.
Dic nobis» inquit «sodes, ïíá åïäïìåí ἄìöù».
«Nosti: non vir me consul, non Iuppiter ipse
deterreret, ut iste bonus deterret adulter,
\pard\sl312\slmult0 qui colit, urguet, amat, qui rursus respuit, odit,
\pard\sl312\slmult0 istud qui nomen de more âïþðéäé fecit».
«Num Cicero?» «Cicero». «Qui? quaeso. Nonne *patronus*
*optimus*...?» «Em! fateor talem mihi, stante corona,
visum, cum graviter sit sanctum dixit *apud vos*


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *hoc igitur nomen* (meministin, Calve?) *poetae*.
\pard\sl312\slmult0 Nunc aliud longe est». «Quine ipsos saepe poetas
eludit...» «Sine nos eludat, iure vocet nos
*cantores*, dum ne mox ipse poemata tangat!»
«Dum ne, inquam, desiderio se venditet ultro,
\pard\sl312\slmult0 false, tuo! Sed macte, puer, virtute: nihildum
\pard\sl312\slmult0 profecit, nihil, adiuro, post proficiet, si
vera Terentia, quod dicunt, praesensit». «Ain tu?»
«Sic». «Me, ocelle, beas». «Et ab hoc metuo Pulchello,
*Patri* quem dicunt *Patriae* ne forte mali quid
\pard\sl312\slmult0 apportetur. At hora abiit iam tota. Tabernam


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 cur cessas intrare pudens?» «I prae, sequar». «Euge!»

Ut consederunt, melioris copa lagenam

iussa notae tulit et cyathos. Potatur. Utrumque

movit deinde pedum et manuum crotalistria plausu:

\pard\sl312\slmult0 te magis heu, Valeri. Nam dum fiagrantibus illi

\pard\sl312\slmult0 imminet hic oculis et toto pectore, lapsae

forte pugillares ita defluxere tabellae

in mensam. Quibus obrepsisti, Calve, sinistra.

Arripit et subito legit et pronuntiat *Ille*

\pard\sl312\slmult0 *mi par esse deo* ... «Iam Calvom iure vocem te,

\pard\sl312\slmult0 Marrucine Asini?» conclamat «redde» Catullus

«redde pugillares». «Ad calcem dum veniam, sis».



\pard\sl312\slmult0

«O sectumque mala mihi sutumque alite buxum!

Moecha mihi pridem quod ridens involat, et nunc ...»

\pard\sl312\slmult0 «Nunc minime tibi moechus ego; magis, inprobe, moecho.

\pard\sl312\slmult0 Qualis enim est, cyathis totidem quae pulchra bibatur

Lesbia, quot bibitur Celeris, si collibet, uxor?

Heu vere statuo nimium gestire Catullum!»

«Ten sanum, iucunde, rear?» «Si scribere versus

\pard\sl312\slmult0 insani est, dicas ambo insanire licebit».

\pard\sl312\slmult0 Arreptoque stilo coepit perarare tabellas.

It stilus et tenui proscindit vomere ceram:

nusquam haeret nec cunctatur nec vertitur umquam.

\pard\sl312\slmult
0

I

EIDOLON
HELENAE

\pard\sl312\slmult0 Otium, Valeri, tibi molestum est.

\pard\sl312\slmult0 Somnias vigil atque vana captas

\pard\sl312\slmult0 nubila, aera solitudinemque,

seu quid vanius est inaniusque.

Namque femina non id est, quod ipsa est,

sed quod esse cupis, quod esse reris

\pard\sl312\slmult0 tute eam; tibi non amatur ipsa,

\pard\sl312\slmult0 sed tuae mera mentis umbra quaedam.

Idaeaque Helenen trahis biremi,

concupiscis, haves, amas, potiris,



\pard\sl312\slmult0

pugnasque et cruciaris interisque:

\pard\sl312\slmult0 tu quidem excruciabere et peribis:

\pard\sl312\slmult0 in Pharo latet insula puella,

quam verax habitat senex marinus.

Tum, Valeri, certas aequatam currere ceram.

It manus et metam velox evitat et addit

\pard\sl312\slmult0 in spatia: inversa buxum conscribitur hasta.

\pard\sl312\slmult
0

II

ALAUDAE

\pard\sl312\slmult0 Tintinant aures mihi nuntiantes



\pard\sl312\slmult0

non ita absenti bona verba dici,
mens nec ipsa iam meliora de me
\pard\sl312\slmult0 sentit et adfert.
\pard\sl312\slmult0 Quin et ex alto videor mihi corde
\pard\sl312\slmult0 omen exaudire malum, velut si
tu gemas, orto Cane, parra, nulli
\pard\sl312\slmult0 conspicienda.
\pard\sl312\slmult0 Sentio: sed quid faciam? Voluptas
\pard\sl312\slmult0 altior sensus animumque tangit
\pard\sl312\slmult0 et beat, monstrent licet haec et illa et
\pard\sl312\slmult0 omnia letum.
\pard\sl312\slmult0 Inminent campis nebulae malignis,
alites ipsis nebulis rapaces:


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 garriunt vero super has et illas

\pard\sl312\slmult0 semper alaudae.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hinc voluit propriis Calvom meminisse Priapi

versiculis, elegis Sileni Musa Catullum.

\pard\sl312\slmult
0

III

PRIAPUS

\pard\sl312\slmult0 Sola deliciis suis destituta puella

\pard\sl312\slmult0 quaedam reptat in hortulo, subrubent ubi mala,

\pard\sl312\slmult0 iamque humi cucumis viret, iam cucurbita pallet.



\pard\sl312\slmult0

Tristis adloquitur senem mox puella Priapum:

«Cur, quaeso, iuvenis iubet me valere, Priape,

cuius in tenero fides tanta amore reperta est?

\pard\sl312\slmult0 cui nemo facinus volens exprobraverit, unum

\pard\sl312\slmult0 praeter hoc miserae mihi, nolit ipse quod unus?

Qui tamen sequitur malam stultus omnivolamque

feminam, et magis et magis tanto deperit illam

quanto digna minus minusque et videtur et ipsa est».

\pard\sl312\slmult0 Cui Priapus: «In hortulo falce qui tibi tutus

\pard\sl312\slmult0 est mea, aspice ut mala dulcia pendent,

aspice ut tibi et inminent sorba livida eidem.



\pard\sl312\slmult0

Quae si sponte cadunt, legis sorba, mala relinquis.

Namque dulcem ab eo trahunt ipso sorba

\pard\sl312\slmult0 unde amarities venit multa marcida malis.

\pard\sl312\slmult0 Haec contusa, puto, levi quamvis volnere sordent,

\pard\sl312\slmult0 haec sunt in pretio magis quo sunt putidiora».

\pard\sl312\slmult
0

IV

SILENUS

\pard\sl312\slmult0 «Te clausum gleba Pariorum marmoris una

\pard\sl312\slmult0 in lapicidinis delituisse ferunt



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Aevi qui cursum, qui longa silentia labi
\pard\sl312\slmult0 audieris longis pervigil auriculis;
\pard\sl312\slmult0 cum vero cunei diviso marmore glebam
\pard\sl312\slmult0 solverunt, exstas protinus e lapide:
\pard\sl312\slmult0 dic age, quae tantum diducat labra voluptas
\pard\sl312\slmult0 et quo sis nobis nomine rite deus».
\pard\sl312\slmult0 «Nullus eram latuique diu Silenus, et idem
\pard\sl312\slmult0 hic Genius bruti marmoris usque fui.
\pard\sl312\slmult0 Nil circum nisi marmor erat, pars marmoris ipse:
\pard\sl312\slmult0 sic magno mixta est parvola gutta mari.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hic Amor uda tuens, hic mecum nuda latebat
\pard\sl312\slmult0 emergens pelago Praxitelia Venus,
\pard\sl312\slmult0 hic Bacchus mecum florens, hic Maenades; euhoe!
\pard\sl312\slmult0 nocturnoque lapis murmure plenus erat».

\pard\sl312\slmult0

Hic ubi facundi calices hausere Falerni,
\pard\sl312\slmult0 alterni dicunt discordi carmine Noctem.

\pard\sl312\slmult0

V

## NOCTIS PARTES PRIORES



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Abibat in crepusculum dies nimis morata.

Inops, amore perditus, domo remotus, «Inger,

vini ministeri» inquit «scyphos meracioris».

Ut lychnus igne floruit, iam prima fax bibentis

\pard\sl312\slmult0 rugis videt senilibus frontem solutiorem.

\pard\sl312\slmult0 Cubare tempus ut fuit, caput mihi bibenti,

quae me, puella, fugeras, exoscularis absens.

Ut tempus omne defuit, me visus est bibente

adesse tinnulum mihi qui commodaret aurum;

\pard\sl312\slmult0 mediaque nocte principes et plebs domum bibentem

\pard\sl312\slmult0 magnis vocare plausibus me; rex et audiebam.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

VI

## NOCTIS PARTES ALTERAE

\pard\sl312\slmult0 Ut galli cecinere, illud *Ave et perpetuo vale*

invitus recolo, quod neque, lux, audieram libens.

Quare, sic ut erant cuncta gravi pressa silentio,

\pard\sl312\slmult0 omnes adfuerunt iam positae sollicitudines.

\pard\sl312\slmult0 Subversos calices deseruit lychnus et in nigris

me solum tenebris et memorem destituit mei.

Dilucescit: abest et genetrix et pater et domus,


\pard\sl312\slmult0

telluremque aliam sol alius detegit exsuli.

\pard\sl312\slmult0

Tum tardo sulcant ambo mucrone tabellas.

\pard\sl312\slmult0 Te, Circe, Calvos canit et te, Anticle, Catullus.

\pard\sl312\slmult
0

## VII

## CIRCE

\pard\sl312\slmult0 Ut Sole nata Circe semel adtigit oculis

heroa, subitus aegros amor inpulit animos;

itaque ad pedes viri amens provolvitur; ab eo,

\pard\sl312\slmult0 prensis genubus, amorem petit anxia misere.

\pard\sl312\slmult0 Quid alumnus ibi Iovis, quid populator urbium?
Simul undique pepulit lux umbras nova resides,
socii ducem foventes calida stabula sues
limis vident Ulixen fera per nemora gradi
\pard\sl312\slmult0 Comes est itineris illi vaga cerva pede levi.
\pard\sl312\slmult0 Hanc virgula cohercens, quocumque cupit, agit,
quae virgula sociorum male terga tetigerat.
Cicuresque iam leones domitique modo lupi
surgunt eramque longis ululatibus agitant.

\pard\sl312\slmult
0

VIII

ANTICLUS

\pard\sl312\slmult0 Dimicat Anticlus: pugnanti personat auris
\pard\sl312\slmult0 cognita longinqua maga vox a coniuge, clausum
quae vox nuper equi lignea conmorat in alvo.
paene vir et socios et se ipsum prodidit amens,
absentis vocem simul excepit Hypereas
\pard\sl312\slmult0 ni manibus multaque os conpressisset Ulixes
\pard\sl312\slmult0 vi respondenti iamiamque exire volenti.
«Infans! non coniunx» inquit «tibi: Tyndaris haec est,
quae teque in letum vocat et communiter omnis!»
Sic erat: ille memor carae nunc coniugis instat
\pard\sl312\slmult0 et furit in Troas facibus nocturnus et hasta,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 donec Deiphobi pugnans procumbit ad aedis.

Ardebant aedes, cum vir iam mortis in ipso

limine conspexit Menelaum. «Rex,» ait «audi!

si quicquam de te meritus procul omnibus aegre,

\pard\sl312\slmult0 invitus, morior carisque parentibus atque

\pard\sl312\slmult0 fratribus atque domo, me fac Helene Ledaea

visat et, ut nuper, voces imitetur amatae

coniugis: hoc fuerit pro tantis luctibus unum,

coniugis audita si tantum voce quiescam».

\pard\sl312\slmult0 Annuit armipotens casum miseratus amici.

\pard\sl312\slmult0 Ut vero (clara cingunt incendia fiamma)

prodiit et lento coram gradiens incessu

Tyndaris Anticlo semel adstitit admiranti,



\pard\sl312\slmult0

«Ne, dea, ne quicquam, quaeso, Iove nata, loquaris»
\pard\sl312\slmult0 inquit «ut aspectam moribundo pectore portem
\pard\sl312\slmult0 unam te servemque memor, neu vita sub umbras
cum lacrimis fugiat sese miserata». Nec illinc
declinans oculos paulatim est obrutus umbra.

Tum duo versiculis vates caelestia tangunt:
\pard\sl312\slmult0 Hesperus adridet Calvo, sed Luna Catullo.

\pard\sl312\slmult
0

IX

HESPERUS



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ne, puer, maledixeris

linquens Lucifero domum

cum patris grege, cum pedo,

quod tu, Lucifer ut iubet,

\pard\sl312\slmult0 peram sumis abisque;

\pard\sl312\slmult0 unus et peragras agros

tu quidem, unus et emicat

caelo Lucifer, atque alau-

dae superne canunt, sonant

\pard\sl312\slmult0 tintinnabula terris.

\pard\sl312\slmult0 Perge, ne maledic, puer,

namque vespere te domum

sidus et referet. Domi

ligna sunt, puer, in foco,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 mater est, bona puls est.

\pard\sl312\slmult0 Unus et peragras humi
tu quidem, unus et emicat
sublime Hesperus: abstulit
Lucifer, referet novo
\pard\sl312\slmult0 nomine Hesperus idem.

\pard\sl312\slmult0 Nupta, tu quoque ne nimis
criminare, quod Hesperus
tardus haereat (hoc quidem
tu tecum, bona sed palam
\pard\sl312\slmult0 carpis advenientem):

\pard\sl312\slmult0 uxor in thalamo viri
mane cras eadem nimis
criminabere, quod nimis



\pard\sl312\slmult0

Lucifer properet, novo

\pard\sl312\slmult0 nomine Hesperus idem.

\pard\sl312\slmult
0

X

## LUNA

\pard\sl312\slmult0 Luna, quae vaga vertici

montis et tacitis casis

inmines et anhelitu

\pard\sl312\slmult0 lucidos legis amnis,

\pard\sl312\slmult0 te canam miseris piam,

\pard\sl312\slmult0 Luna, nam simul occidit

Sol et aurea cum die



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Spes hinc avolat omnis;

\pard\sl312\slmult0 non eam sinis exsulem

\pard\sl312\slmult0 tunc abire, sed excipis

\pard\sl312\slmult0 candido trepidam sinu

\pard\sl312\slmult0 vestis, Luna, vietae;

\pard\sl312\slmult0 induis trepidae tuum

lumen, atque silentiis

\pard\sl312\slmult0 rosidis madidam tuis

\pard\sl312\slmult0 huc Spem, Luna, remittis:

\pard\sl312\slmult0 facta quae leve Somnium

clausas ingreditur domos,

exilisque, ope qua solet,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0
dormientibus adstat.

Haec tu, Calve, supervolitans levis aequora cerae:

\pard\sl312\slmult
0

XI

NESTOR

\pard\sl312\slmult0 Eamus! Ecquis ancorale solvere
moratur? ecquis alba vela pandere?
Eamus atque iam petamus insulas
\pard\sl312\slmult0 ubi est Achillis umbra praepetis pedes.
\pard\sl312\slmult0 Humi haeret hasta, currus adstat, hordeo
equi fruuntur, arbori ipse se applicat;



\pard\sl312\slmult0

sub arbore umbra Nestoris sedet senis.
«Fuisse pauper» Aeaci nepos ait
\pard\sl312\slmult0 «colonus atque pauperis, senex, quoque
\pard\sl312\slmult0 bubulcus ipse, sed diutius quidem
fuisse mallet hic! Quid interest enim,
age, omnibus vel imperare mortuis?»
«Deosne» Nestor inquit «inmemor tui
\pard\sl312\slmult0 lacessis usque, praeter une ceteros
\pard\sl312\slmult0 beate? Namque quicquid istud est, quod es,
adhuc iuventa prima suppetit tibi
equosque iungis excitasque pulverem.
Ego ille iure, qui prius Gerenius
\pard\sl312\slmult0 eques vocabar omnibus, querar magis
\pard\sl312\slmult0 senex perennis usquequaque desidens».



\pard\sl312\slmult0

Haec haerens uno versu tu quoque, Catulle:

\pard\sl312\slmult
0

XII

## REDITUS

\pard\sl312\slmult0 Eamus: esse nuntium ferunt matri

non belle. Eamus: heu piae malest matri

\pard\sl312\slmult0 periculose cara mater aegrotat,

\pard\sl312\slmult0 exstinguitur. Citata me rapit raeda.

Est foedus aer, stridulo natant imbri

viae. Domum nanciscor. Adferunt: «Actum est.

Iam nec potest videre nec potest fari;



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 matrisque membra solvit ultimum frigus».

\pard\sl312\slmult0 Accedo. At oculum mater adlevat: fatur:

«Quin facitis ignem? pupulus meus friget».

Alterni posthac referunt haec ordine vates:

\pard\sl312\slmult
0

XIII

AMOR

1

\pard\sl312\slmult0 Ut violae circa ripas et flumina, cum ver

\pard\sl312\slmult0 incipit et clari vicerunt frigora soles,

\pard\sl312\slmult0 permulcent auras, procul et via fragrat odore

et procul aeria fruitur novitate viator:

at propius cupide ripas accede, viator:

nullus odor naris temptabit, nulla voluptas:

\pard\sl312\slmult0 sic et amor: dum primus abest, dum fervet oletque:

\pard\sl312\slmult0 si propius tandem, victus dulcedine, tangis,

iam nec olet nec fervet amor nec denique quicquam est.

\pard\sl312\slmult
0

2

\pard\sl312\slmult0 Ut flos in clausis humilis viget hesperis hortis

inter odoratas violas et lilia, nullo

\pard\sl312\slmult0 in pretio, quippe ex se nullum exspiret odorem:

\pard\sl312\slmult0 praeteriens luci despectat iure viator:

ast idem redeat multa vel nocte viator:

nocte olet et secum vigil aurea sidera mulcet:

sic amor: ut luci despectent, ut male volgo

\pard\sl312\slmult0 audiat; ut tranquilla quies advenit et umbra

\pard\sl312\slmult0 ille animum quodam secretum ture vaporat.

Hic Calvos: «Satis est lusum: labor ultimus hic est».

\pard\sl312\slmult
0

XIV

MEL



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 At tu, Catulle, somnia, ut lubet: licet

captare nubes, experiri Lesbiam.

\pard\sl312\slmult0 Tua, ut leo, in te patere, saeve, verbera,

\pard\sl312\slmult0 sine illa taetra peste morboque inplicet,

expellat omni pectore omne gaudium,

perurat intestina! Nam quid adtinet?

Flores amaros apibus offerat salix:

\pard\sl312\slmult0 apes amaro ex flore dulce mel liquant.

\pard\sl312\slmult0 Tristisque amor progignet iste carmina

saeclis futura plurimis dulcedini.

Consurgunt tandem, nam serior appetit umbra.

Mox vero ut minime iuvisset cena Catullum,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 non oculos somnus noctu texisset (at illum

\pard\sl312\slmult0 excepit, lecto deserto, lectulus, et sic

fecit, Calve, tibi parvom, iucunde, poema),

ipse, puto, dixit, nec me narrare necesse est.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 v. 128 sqq. Plin. H. N. XXXVI 4, 2: in Pariorum (lapicidinis) mirabile proditur, gleba lapidis unius cuneis dividentium soluta, imaginem Sileni exstitisse.

v. 180 sqq. Cfr. Hom. Od. IV 286 sqq.

v. 294 sqq. Plin. H. N. XXI 18: odor suavior e longinquo propius hebetatur ut violae.

v. 303 sqq. Plin. H. N. XXI, 18 hesperis noctu magis olet, inde nomine invento.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0MORETUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Eluctabatur pedes udam forte Capenam
Quintus Horatius: hac venientia plaustra repellunt,
hac designator queribundi funeris urget.
Dumque hinc ille rotas, illinc funalia vitat,
\pard\sl312\slmult0 raucus et hinc lippo convicia dicit agaso
\pard\sl312\slmult0 illinc deposito non laudat praefica lesso,
en calidis manni cervicem naribus afflant,
et vati cita raeda femur prope radit anhelo:
cum sonat a raeda vox Maecenatis: «Horati,
\pard\sl312\slmult0 annon Musa vetat vatem reptare pedestrem?



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tollam te: medius nostri conside: latebis,

si quis Brutus adhuc circum monumenta vagatur».

Cui Flaccus: «Brutos, pater optime, nil moror:

hic, ne Vedius occurrat, vereor magis». Hinc sedet inter

\pard\sl312\slmult0 urbanum ridens ac ... quis fuit alter? ... agrestem.

\pard\sl312\slmult0 Raeda viros rapit: octipedem sonat Appia plausum.

Elabebantur, vixdum conspecta, sepulcra

ex oculis, motaeque basi per inane columnae

certabant raedam subito contingere cursu.

\pard\sl312\slmult0 Tum sculpti pueri faculas praetendere dextra

\pard\sl312\slmult0 marmoreoque sequi vivos maerore puellae.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Ecce tibi»
Flacco Maecenas aure susurrat

\pard\sl312\slmult0 «rure, puto, redit ille: fuit praesaga tibi mens:

obvius est nobis: multarum turba rotarum

\pard\sl312\slmult0 saxaque quadrupedans plaudit quadrata tumultus».

\pard\sl312\slmult0 Nam bina in prima veniebant esseda fronte

plena ciniflonum, cosmetarum, balatronum:

deinceps Bithynos leviter porrecta per armos

octaphoros lectica: patent utrimque fenestrae:

\pard\sl312\slmult0 intus mima cubat: myrrhaque vaporat euntes.

\pard\sl312\slmult0 Tum carruca subit phaleratis iuncta caballis,

plena ipso. Sedet ille caput suffultus obesum

molli pulvino: tumidi sic omnia circum



\pard\sl312\slmult0

praetereunt oculi: corrugant omnia nasum
\pard\sl312\slmult0 Non bene olet tellus et caeli mundus homullo!
\pard\sl312\slmult0 Quare reticulum nebulis et lumine textum
admovet ad nares clauso cum flore rosarum.
Hic Flaccus: «Quis homo est qui sic oggannit ad aurem
pumilio vetus huic sceleri? Quibus obsita setis
\pard\sl312\slmult0 frons, quibus et rugis cortex diffissa cicadae!
\pard\sl312\slmult0 Hic est ille, canit velut alter Homerus, apud quem
evomat et dictu mala Vedius et bona, quemque
consultet quonam faciat servetque modo rem ...»
Cui sic Maecenas: «Annon lippire putem te?


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Simiolum cernis, non cernis (inunguere!) nanum:
\pard\sl312\slmult0 stat multo pluris capitis pecus ista canini:
progenuere Syri». Tum Flaccus: «Di pecudum par
pervertant! Fenum quod mannis proicit, esse
debet herus». «Mannine fame morientur? At horum
\pard\sl312\slmult0 est nullus, Syrio qui non sit natus onagro».
\pard\sl312\slmult0 Haec dum Maecenas loquitur, iam Vedius illos
\pard\sl312\slmult0 errones oculos ad par adiecit equorum
adversum: raedam dein dedignatus, ad ipsum
venit herum: supplexque admovit ad oscula dextram.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «I nunc» mox raeda praeter dicebat eunte
\pard\sl312\slmult0 Flaccus «et huic pare legio romana tribuno!
At cum contuleris servili pila ligoni,
ante renidentes ferro quam longa cohortes
expedias, ostende ducem, notaque Quiritem
\pard\sl312\slmult0 admirabuntur fugitivi compede tritum.
\pard\sl312\slmult0 Siccine rostra fori Davum videre togatum?
Dama viam sacram praetexta verrat, et intus
muraenas servus consorti carne saginet?
hunc et ad ingenuam princeps admittere mensam
\pard\sl312\slmult0 audeat?» Hic placide Maecenas: «Hora quota est?
\pard\sl312\slmult0 Heu! sol nimius multusque dies. Recitate, poetae,

quod tamquam puris animum refrigeret undis.

Vatis idem carmen mihi, quod numerosus aquae fons,

quem procul audivit sitiens mussare viator.

\pard\sl312\slmult0 Est iter et vitae labor: errantemque poeta

\pard\sl312\slmult0 invitat: "Venias! hic est aqua dulcis et umbra!

quid magis exoptes? viridique in gramine somnus."

Civibus hoc magnum dulci suadete loquela,

"siquis fonticulo possit finire sitim, ne

\pard\sl312\slmult0 flumen amet: quodcumque ultro citroque petamus,

\pard\sl312\slmult0 esse hic, esse Ulubris, in agelli finibus esse.

Rus vocat: - Em! nudo quidquid bene feceris, inquit,

haud obliviscar: sulcos mihi redde priores,



\pard\sl312\slmult0

redde pie florere, meis mugire iuvencis:

\pard\sl312\slmult0 te tibi restituam. - " Quit leges figere Caesar,

\pard\sl312\slmult0 mores ipse nequit: gladios incude refingat,

non animos: hydram qui clava contudit, idem

non tigres mulcere valet, non ducere quercus.

Quid si plebs onagros inhiat nebulonis et aurum

\pard\sl312\slmult0 et vivaria? quid si iam conrepsit in urbem

\pard\sl312\slmult0 rusticus et tandem spreto romanus aratro

mavolt in scaenis circoque movere manus, quam

in segete? At quorsum nunc haec? Dic, Quinte, mihi, si

spectasti ludos: Thraex est Gallina Syro par?»



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Iamque tua longa velox deverterat, Appi,
\pard\sl312\slmult0 raeda via, tacitasque rotas herbosa ferebat
semita: tum multus frondosis passer ab ulmis
avolat, atque togas aliqui miratur et urbem
rusticus: hinnitu manni sua rura salutant.
\pard\sl312\slmult0 «O rus» et secum meditatur Horatius «ecquis
\pard\sl312\slmult0 sponte tibi sanus vale dixerit? Ecce meum cor
hic segeti, silvae, vinetis, bubus adhinnit.
O ubi Bantini saltus et laeta Ferenti
arva? quis et reddat te, fons muscose? quis et te
\pard\sl312\slmult0 nec puero mihi nec raucis inimice palumbis,
\pard\sl312\slmult0 a quo pendebat mihi nidulus, Appule Voltur?»



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Dum procul ipse larem parvum, dum corde revisit

\pard\sl312\slmult0 se puerum, dextraeque patris dumeta pererrat

implicitus, totas auriga reducit habenas:

\pard\sl312\slmult0 consistunt manni: solidam terit ungula terram.

\pard\sl312\slmult0 Est in conspectu reseratis ampla fenestris

villa die medio gaudens et sole benigno.

Hinc vinum redolent cellae tabulataque fenum,

hinc fimus obtectus virgis et fronde fracescit

\pard\sl312\slmult0 Desiliunt raeda: sed quem tunc area primum

\pard\sl312\slmult0 excepit cupidum, quo tandem nomine dicam?

Huic aquili rubor oris erat: tum grande pudico

corpus, et in gestu quaedam motuque sedebat



\pard\sl312\slmult0

rusticitas: illum sed rus agnovit: ut illum
\pard\sl312\slmult0 vir gregis altilium cristato vertice gallus
\pard\sl312\slmult0 aspexit, signum canit horridus et monet acri
edicto populum: mox area tota cohorsque
excepere suum cantum plausuque poetam,
Vergilium: magno tum circum stridere bombo
\pard\sl312\slmult0 plenae mellis apes, albaeque in sole columbae
\pard\sl312\slmult0 et gemere hinc illincque cubili turtur ab alto.
Quin reduces ad tecta boves, et plaustra iuvenci
stridula volventes messumque in corbibus arvum,
dum sic praetereunt efflantes nare laborem
\pard\sl312\slmult0 agricolam lentis oculis stupuere togatum.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hic «Pueri, lassis citius iuga demite bubus»

\pard\sl312\slmult0 vilicus exclamat celso de limine villae:

«ipsas in plaustris hoc tempore linquite corbes:

id pransis operae vobis erit». Inquit et ultro

\pard\sl312\slmult0 conspexit raedam venientesque ordine cives.

\pard\sl312\slmult0 «Sol caput urit,» ait «patres: succedite tecto:

intus aqua est: acri mixtam potetis aceto:

adde siligineum panem coctique cibi quid,

si iuvat in longo scamno considere». «Quidni?»

\pard\sl312\slmult0 Maecenas ait «hic Saturnus forte latet rex:

\pard\sl312\slmult0 aurum paullisper liceat prandere beatis».

His introgreditur dictis, dum plaustra sub umbra



\pard\sl312\slmult0

erecto temone manent per tecta cohortis,

atque in compluviis lacubus potare iuvenci

\pard\sl312\slmult0 pergunt et tacitis exsugunt haustibus undam.

\pard\sl312\slmult0 At strepitu multi resonant examinis aedes

\pard\sl312\slmult0 atque operas simul atra capit servosque culina.

Ut propriam dat cuique dapem pia vilica, quisque

sic sedet et fruitur contriti murmure panis,

\pard\sl312\slmult0 mox et rara quadris pulmenti frusta maritat.

\pard\sl312\slmult0 Ecce «Quid ad panem, quaeso, sub dente crepacem»

inquit Maecenas «adhibent? Olet istud et est quod,

quamquam nil opus est, stomachum pervellat inanem».

Huic tum Vergilius ridens: «Agnosce moretum».



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Certe equidem poteram: nam vires sensit aceti

\pard\sl312\slmult0 nasus et in viridi deprenderat allia massa.

Hic apiique comae graciles, hic caseus, hic est

ruta rigens, et cuncta frequens pistillus obivit.

Cur non hoc edimus te nunc auctore moretum?

\pard\sl312\slmult0 Nam pro puleio nobis haec ruta futura est.

\pard\sl312\slmult0 Vilice, nil refert, quo ponas unctius, hac te

atque illac circumcursare: iube modo nobis

apponi tria de medio pulmenta catino».

Praebet iussa viris patinam pia vilica: tollant,

\pard\sl312\slmult0 orat: id urbanis merito sordere palatis:

\pard\sl312\slmult0 ne vero abstineant: famulis satis esse superque.



\pard\sl312\slmult0

Sic libata viri gustant, et multa iocatur
Maecenas rugam ridens vescentis Horati,
vilica cum narrat cuidam placuisse tribuli
\pard\sl312\slmult0 has epulas, equiti romano calceolos qui
\pard\sl312\slmult0 conficeret. «Cessasne bonam Venusinus in offam?»
Vergilius tacet et dulces reminiscitur Andes.
\pard\sl312\slmult0 Circumeunt pransi villam, bubileque visunt
\pard\sl312\slmult0 iam vacuum (vituli resonabat voce relicti)
\pard\sl312\slmult0 doliaque in cella magnique voluminis orcas
\pard\sl312\slmult0 albanique cados gypsato cortice cautos.
Hinc per agrum reptant vario sermone terentes
tempus. «An in me aliquid maerens offendis, Horati?»



\pard\sl312\slmult0

infit Maecenas «edisti rapa Quirini,
\pard\sl312\slmult0 sive aliud quid idemque». «Immo mirabar ego te,
\pard\sl312\slmult0 Maecenas, ut quem victu cultuque Quirites
molliculum rodant, hic vesci pane secundo,
hic et olens modica patina prandere moretum.
Me cichorea iuvant, nigris ego pascor olivis.
\pard\sl312\slmult0 Sed cum serpyllo tua Testylis allia, Publi,
\pard\sl312\slmult0 plura quidem nimio, nisi fallor, contudit». «Eia!
nil medium est!» Haec inter eos ad tecta vocabat
clamor et hinc illinc turbae concursus agrestis.
\pard\sl312\slmult0 Tirones famulus domitabat forte iuvencos
\pard\sl312\slmult0 ad plaustrum traheamque senex. Huic candida pectus



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 barba tegit, cani volitant a fronte capilli,

dum stans in longo stimulum temone minatur

tauris, et verbis agitat. Praerupta viri vox,

taurorum flatu mugituque acrior ipso,

\pard\sl312\slmult0 nec sonat humanum: longinquas illa paludes

\pard\sl312\slmult0 et silvas et bella sonat: sed barbara tauri

quid sibi verba velint uni sentire videntur.

Iam fertur cursu, iam plaustrum paene togatos

opprimit incautos: deus ille in pulvere prodit

\pard\sl312\slmult0 ex alio veniens, saevis cum bubus, Olympo

\pard\sl312\slmult0 nubifero: pontumque oculis imitatur et enses

caeruleos. Plaustrum vitant, et vilicus (illis



\pard\sl312\slmult0

namque aderat subito): «Paulo est cerebrosior, idem
longe aliis praestat prensos domitare novellos.
\pard\sl312\slmult0 Mos illi patrius. Iunctis ibi rite iuvencis
\pard\sl312\slmult0 uxores dicuntur emi. Sic Flavus et emit
(dixerunt istum conservi nomine Flavum)
emit, deinde sui longe ducis arma secutus
non rediit. Crines, ex quo cinxere coronam,
\pard\sl312\slmult0 non posuit: cana est, fuit haec coma flava sub hasta:
\pard\sl312\slmult0 magnus erat, nihil est. Quis scit quid sera vehat nox?»
\pard\sl312\slmult0 At ni nocte volunt urbem perrepere cives,
\pard\sl312\slmult0 tempus abire domum. «Valeas, bone vilice». Rursus
raeda viros capit et tacitas hinc semita ducit



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 uda rotas, dein octipedem sonat Appia plausum.

\pard\sl312\slmult0 Hic Flaccus: «Menti nebulo mihi Vedius haeret

et toga perverrens sacram sex longior ulnis

illa viam mannisque illis haec Appia trita».

Cui nil respondens Maccenas incipit: «Olim

\pard\sl312\slmult0 Caesaris audivi legatum dicere Cattos

\pard\sl312\slmult0 sic solitos barbam et rutilos summittere crines,

cum victi pugna cessissent, nec nisi caeso

hoste, genis et fronte pilos deradere votos.

Haec quorsum spectant? Esto, inquam, terminus, ad quem

\pard\sl312\slmult0 sistat paciferas iam victrix Roma cohortes».

\pard\sl312\slmult0 Cui Flaccus: «Sed nil cuiquam satis esse videmus:



\pard\sl312\slmult0

non urbi, pater, imperium, non civibus aurum».

«Scilicet et» tum Vergilius balbutit «ad urbem

adveniet lentis olim Germania plaustris.

\pard\sl312\slmult0 Quid tunc (in magnam nam silvam creverit arbos)

\pard\sl312\slmult0 Vedius? En telo defendat Vedius urbem!

Heu! tunc devotos tondebis, Flave, capillos ...»

«At di» Maecenas haec verba intercipit «istud

avertant omen! Sed tu ne desine morem

\pard\sl312\slmult0 et pacem suadere, Maro: tu carpe facetus

\pard\sl312\slmult0 cives esse modum dictans in rebus, Horati!»

\pard\sl312\slmult0 Hinc velox vultu defixos raeda vehebat,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 et propius tacitis accedis, Roma, poetis.

Tum sculpti pueri faculas praetendere

\pard\sl312\slmult0 marmoreoque sequi vivos maerore puellae.

\pard\sl312\slmult0 Ecce «Quid hoc intus dicam saevire veneni?»

Flaccus ait «quaenam fuit huic incocta moreto

vipera? Canidiam reor has trattasse dapes. O

ilia messorum, Publi, praedura tuorum!

\pard\sl312\slmult0 At scelus ipsa tuum, Maecenas, poena sequetur:

\pard\sl312\slmult0 hac tua nocte, precor, depellat suavia dextra

usque et in extrema sponda cubet usque puella!»

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0v. 9 Hor. S. II 6, 42 sqq.



\pard\sl312\slmult0

v. 26 sqq. Vedium Pollionem, cuius luxus notatur a Tacito Ann. I, 10 et a Cassio Dione LIV, 23, eundem esse arbitror ac Vediuni nebulonem de quo narrat Cicero ad Att. VI I, 25, et Vedium Rufum in quem Hor. Epod. IV.

v. 36 sq. Cic. Verr. V 11: reticulumque ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae.

v. 45 sq. Cic. ad Att. VI I, 25: erat praeterea cynocephalus in essedo.

v. 50. id. ib.: nec deerant onagri. Cfr. Petronius [38]: nam mulam quidem nullam habet, quae non ex onagro nata sit.

v. 85 sqq. Varr. R.R. II 3: nunc intra murum fere patres familiae conrepserunt etc.

v. 146. Sen. Ep. CXIV Maecenas ... crepacem molam.

\pard\sl312\slmult0 v. 200 sq. Tac. Germ. 18, 31 et al.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0ECLOGA XI SIVE OVIS PECULIARIS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Etiam opilio qui pascit, mater, alienas oveis,

aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.

\pard\sl312\slmult0 PLAUT. *Asin*. III I

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Mannis iuncta pigris ad Lirim raeda vehebat

Vergilium. Varius comites et Tucca. «Vetamur»

inquit Vergilius «positam contingere metam:

Vesper adest». «Dilecte, tuum diffidere, Publi,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 semper erit:» Varius respondet. Plotius instat:

\pard\sl312\slmult0 «Desperare soles ab aperto carcere calcem ...»

«Quin immo» Varius sic interfatur amicum

«decurso spatio creta cunctaris in ipsa:

ut nunc rite novem musas meditatus avena

\pard\sl312\slmult0 haeres atque choro dubitas adiungere Gallum».

\pard\sl312\slmult0 «Qui nimium metuit,» respondet Publius «idem

et cupit. Ut cupio prima mox nocte cohorti

et Maecenati lepidoque occurrere Flacco!

Sed vix deponet Sinuessae raeda per umbram,

\pard\sl312\slmult0 nedum Minturnis quassos ultrave. Quid ergo est?

\pard\sl312\slmult0 Cur opportuno non pernoctamus in illo

diversoriolo? ianum triviumque videte.



\pard\sl312\slmult0

Hic requiescemus. Sociis bene mane iuvabit

non animo solum sed fronte occurrere laetos».

\pard\sl312\slmult0 Sic placuit: sistunt mannos ipsique tabernam

\pard\sl312\slmult0 introeunt titulo perlecto non sine risu:

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 BALNEVS VRBICUS
HEIC LAVAT.

OMNIA
COMMODA
PRAESTO.

\pard\sl312\slmult0

Tum: «Salvete, patres,» in trito limine copa

incipit: «est quidquid qui pulcre victitat, optet:

\pard\sl312\slmult0 sunt balani, conchae, lepades, est perna, nec escae

\pard\sl312\slmult0 molliculae desunt, est caseus aridus, est ... est ...

est sinuessani veteris cadus unus ...» «Abunde!»

aiunt ridentes. «Quibus ergo victibus ornem

nunc cenam? Sat erit dixisse». «Lavabimur». «Eia!»

\pard\sl312\slmult0 «Urbanis crudisque ignosce». «Nihil moror» inquit.

\pard\sl312\slmult0 Vesper erat: sed clara dies decedere nocti

cum nollet, cunctans super obvia quaeque tremebat,

culmina villarum, florentes ordine malos

et pinus lentasque cacuminibus cyparissos.

\pard\sl312\slmult0 Tum discedenti sensim nec sponte diei

\pard\sl312\slmult0 hinc illinc plausu volucres et voce favebant:

esse sibi reliquum quod agant: ne devolet: esse



\pard\sl312\slmult0

extremam stipulam nidis unde unde ferendam,
extremum edendum geniali ex arbore cantum.
\pard\sl312\slmult0 Dum comites horrent in thermis multa iocantes,
\pard\sl312\slmult0 Vergilius voces avium captabat in arvo
incedens lente qua callis duceret ipse:
ecce autem casulam paleis et arundine textam
prospicit, unde sonat singultu rupta querela,
\pard\sl312\slmult0 tristior audiri puero lugente, senilis.
\pard\sl312\slmult0 Namque senex intus sermonem pastor habebat
cum tuguri domino. Propior venit, admovet aurem
Vergilius: celat muscoso cortice quercus.
Huic haerent etiam lapsi folia arida ramis


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 autumni: nonnulla cadunt auraque trahuntur.

\pard\sl312\slmult
0

UPILIO

\pard\sl312\slmult0 Cara fuit conserva mihi, bone. Commoda mecum
durum prandebat panem tenuemque lupillum.
At gustare meo si quando de sale parcus
instanti dederam, nil supra. Saepe sub altis
\pard\sl312\slmult0 rupibus, ut gelidis albebant prata pruinis,
\pard\sl312\slmult0 calfeci sagulo, morior dum frigore, pernox.
LIBERTAS habuit nomen, quo nomine nil est
dulcius. Heu! quotiens, ut abesset causa, vocabam,
quo spem percussae solarer imagine vocis!



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «LIBERTAS» quotiens iuvit clamare «venito!»

\pard\sl312\slmult
0

ALTER

\pard\sl312\slmult0 Tempus erat: nam fracta, puto, peda multa novasti ...

\pard\sl312\slmult
0

UPILIO

\pard\sl312\slmult0 Immo sum tiro. Pastorem fecit herus, me

postquam triginta frugi perspexerat annis.

Calluerat prius urbano mibi corpus in omni

\pard\sl312\slmult0 servitio. Fueram famulique vicarius olim

\pard\sl312\slmult0 et mediastinus, mox qualis qualis: et egi



\pard\sl312\slmult0

ianitor excubias constrictus colla catena

et molui tabula praecinctus pectora sic ut

nil possem ad rostrum digitis afferre farinae.

\pard\sl312\slmult0 Tandem rus asinum vetulum dimisit, ovesque

\pard\sl312\slmult0 credidit ipse cani carioso tutus agendas.

\pard\sl312\slmult
0

ALTER

\pard\sl312\slmult0 Atque vagi sociam permisit habere grabati ...

\pard\sl312\slmult
0

UPILIO

\pard\sl312\slmult0 Non ita, non. Erat inter oves infirmior una



\pard\sl312\slmult0

lactis egens etiam nec habens quid sugeret agna.

\pard\sl312\slmult0 «Hanc ad vicinum multo cum flore sacellum»

\pard\sl312\slmult0 inquit herus «fer ab hinc: dic iam vovisse deo me».

«At cum tota fere sit pellis et ossa, sacerdos»

respondi «fors et te dedignetur et agnam.

Iam nulla est. Cur non propriam das, optime, servo?»

\pard\sl312\slmult0 At dominus ridens: «Habeas: hoc sume peculi».

\pard\sl312\slmult0 Tunc ego fronde nova vigil et lactentibus herbis

atque alui micis et servo pane refeci.

\pard\sl312\slmult
0

ALTER



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Paene unam dixi te suscepisse puellam ...

\pard\sl312\slmult
0

UPILIO

\pard\sl312\slmult0 Quid? Pueros turpi mangoni tollimus: agnam
\pard\sl312\slmult0 nutrivi propriam. Non illam pascere sacro
\pard\sl312\slmult0 abstinui: sanctis illi de fontibus haustum
permisi bibere et luci decerpere frondem.
Quippe meam pastum, pecudes nunc inter heriles,
adlatam sero, spem libertatis agebam.
\pard\sl312\slmult0 Quam bona quamque adsueta mihi, quae semper eunti
\pard\sl312\slmult0 haereret gradiens, adsideret usque sedenti!

Quod si quid mihi conspectum dempsisset alumnae,

«Heus mea LIBERTAS» clamabam tristis «ubinam es?»

\pard\sl312\slmult 0

ALTER

\pard\sl312\slmult0 Tu ravus senio: nimium procul illa latebat ...

\pard\sl312\slmult 0

UPILIO

\pard\sl312\slmult0 95 Quid dicas teneo. Tremulo procul illa vocanti

\pard\sl312\slmult0 balatu respondebat. Tum deses in umbra

festuca canum caput a lictore videbar

contingi: nisi ventus erat. Quid? Bima salitur:



\pard\sl312\slmult0

concipit: est praegnans: geminas parit: hoc mihi Faunus

\pard\sl312\slmult0 praestat, ut hac geminos edant in tempore fetus.

\pard\sl312\slmult0 Caseus interna fit abunde, lana putatur

largiter, admitti poscunt de more novellae.

Iam grex dependet dumis meus. Ecce pererrat

LIBERTAS gaudetque amplo circumdata partu ...

\pard\sl312\slmult
0

ALTER

\pard\sl312\slmult0 Somnia cernebas vigilans, dum pascitur agna ...

\pard\sl312\slmult
0

UPILIO

\pard\sl312\slmult0 Somnia ... Venit herus. Numerat pecus. Eia! ut opimum!

ut sanum! Tanto in numero quae sit mina, nulla est!

Praeterea similes, magis ovum ut discrepet ovo.

«Hoc» inquam «mihi fecisti, patrone, tot annis

\pard\sl312\slmult0 ante, peculiolum». Frontem corrugat. «At» inquam

\pard\sl312\slmult0 «hoc ipsum pretium tibi libertatis habeto».

Convenit. Adicio: «Pecus est, quam cernis hiantem,

effetam, surdam, quae nec valet ire, nisi quis

ductitet. Hanc dono pastori linque fideli ...»

\pard\sl312\slmult0 Somnia! Bima mihi moritur. Spes omnis adempta est!



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

ALTER

\pard\sl312\slmult0 Cur ita desperas iacturam passus in agna?

\pard\sl312\slmult
0

UPILIO

\pard\sl312\slmult0 Cur? Quia servus eram qui nunc sum cervus, anhelus,
debilis. Ut respirarem paulisper apud te
deverti. Fugio. Tam frugi, tam probus en hic
\pard\sl312\slmult0 hic fecit furtum: memet furatus hero sum.
\pard\sl312\slmult0 Vae mihi! Nunc ferrum senio confectus et ignem
experiar: macrae callebunt verbere costae
et longas frontis perrumpent stigmata rugas.



\pard\sl312\slmult0

En spes illa! Manet post tot tantosque labores
\pard\sl312\slmult0 crux: nec liber ero medio nisi in aere pendens,
\pard\sl312\slmult0 cum iam non aures feriet strepitus corvorum ...
Tum vero strepuit foliis humus, et ferit aures
vox clamantis. At ille foras se proripit amens.
Atque senem praeter videt albis crinibus hirtum
\pard\sl312\slmult0 currere Vergilius, cohibentem gutture tussim.
\pard\sl312\slmult0 Te mediastinus copae, te voce, poeta,
quaerebat iussu comitum, cum serus abesses.
At cervum sonitu puer et clamore fugacem
terruit ignarus. Tu vero dicta revolvens
\pard\sl312\slmult0 factaque sublustri repetebas nocte tabernam:


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 "Quid quereris fetam ducens, Meliboee, capellam?

Fors reddat casulam viridanti caespite tectam.

Quidve doles, quod, Moeri, tuos nunc barbarus haedos

cenet in urbe? Canas: nulla est via longa canenti.

\pard\sl312\slmult0 En hic est penitus, pastores arcades, aeger,

\pard\sl312\slmult0 ecce homo tristis ... Homon? Nullum caput hic habet. Est res.

Sunt tamen et lacrimae rerum. Si versibus ornem

has lacrimas! Decimo finito carmine, si mox

undecimum ludam! Non haec luduntur

\pard\sl312\slmult0 nec quidquam cecinit, calamo nec lusit agresti

\pard\sl312\slmult0 iste umquam pastor quidquam. Nimis absona musis,

ista, minora quidem, nisi sunt maiora, poeta.



\pard\sl312\slmult0

Praeterea mihi iussa sequi non mollia molli
(Quinte facete, soles hoc tu garrire) necesse est.
\pard\sl312\slmult0 Maius opus moveo, iamque e pastore vaganti
\pard\sl312\slmult0 cultor agri fiam, certis et finibus utar,
hac in re similis magnae tibi, Roma, pusillus.
Ver est, iam tauros iungo, iam tempus arandi.
Quid laudes celebrare tuas, Saturnia tellus,
\pard\sl312\slmult0 antiquas moror? O sedes secreta deorum,
\pard\sl312\slmult0 ultima Iustitiae servans vestigia terris,
Italia, a placidis bene nomen nacta iuvencis!"
Haec meditabaris tecum, pudibunde poeta,
cum rursus venit in mentem fugitivus, et horres.

\pard\sl312\slmult0 Ecce genus deinceps agris ferratile totis
\pard\sl312\slmult0 atque instrumentum reputas vocale gementesque
altius exhaustis in sulco bubus homullos,
asperius plaustri stridentes comparis axe.
"Siccine consuetos placide iuga terre iuvencos
\pard\sl312\slmult0 pone catenatus crudelius ibit arator?
\pard\sl312\slmult0 atque nota frontem nivea signatus inustum
stigmate custodem vitulus mirabitur? Eheu!
num peiora canam stabulis ergastula? Nil est.
Atqui si nequeo vindicta tangere rura,
\pard\sl312\slmult0 me vinctos pudeat saltem vidisse colonos,
\pard\sl312\slmult0 et tantum placeant heredia parva suique

iuris cultores. Quae flores iusta quotannis,
quae fruges educit, habet Dea Libera nomen".
Lassus in ambiguo vix conivere cubili
\pard\sl312\slmult0 nocte potest: volucresque canunt, surgitque poeta.
\pard\sl312\slmult0 Ros cadit et caelum iam subrubet. Ipse tabernam
deserit atque errat noctis mediusque diei,
et secum fruitur divino murmure rerum.
Tum surgunt etiam florentis sidera veris
\pard\sl312\slmult0 Vergiliae, quae luce suum tremula terrestrem
\pard\sl312\slmult0 Vergilium quaerunt, et nactae, luce locuntur:
«Nos ferimus tempus venientes rite serendi
cedentesque frui parto suademus eaedem.
Nos ferimus rastrum, nos falcem linquimus. Audi!

\pard\sl312\slmult0 185 Otia nos facimus post actos dia labores.

\pard\sl312\slmult0 Hoc caeleste refer, quod si umquam fecerit, ultro

aurea tum fiet nostrique simillima Tellus».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 v. 148. Nonne Vergilius Georg. III, v. 4 - haud mollia iussa - lepide respondet Horatio qui Serm. I X, 44 molle atque facetum, sive epos sive dicendi genus, ipsi tribuerat?

v. 161. (Instrumenti genus) vocale, in quo sunt servi, semivocale, in quo sunt boves, mutum, in quo sunt plaustra. Varr. R.R. I 17.

v. 170. In Georgicis de servis et de servitute ne mentio quidem est.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0CENA IN CAUDIANO NERVAE

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *Tu mihi plena, soror, sola es convivia soli.*

*MARIAE IOANNES*

Prorsus iucunde cenam produximus illam.

HOR. *Sat*. I 5, 70



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nondum desierat raucus cantare Cicirrus,

cum Capito: «Nonne hic mimo locus,» inquit «Horati,

qualis et Herodae vincat Matique libellos?»

«At minime claudis hic delectatur iambis»

\pard\sl312\slmult0 inquit Maecenas. «An primus displicet auctor,

\pard\sl312\slmult0 asper api crabro, macie confectus obeso?»

Plotius haec; simul adridens ridentibus «Immo»

Maecenas «imitator» ait «placet ipse Catullus».

Cum Varius: «Podagros odit si Flaccus iambos,

\pard\sl312\slmult0 nec fuit Hipponax nec amator causa Catullus

\pard\sl312\slmult0 (scis etenim quantam tibi quae Demetrius iste



\pard\sl312\slmult0

cantitat, huic moveant, Maecenas optime, bilem);

lauricoma deferre novas ex rupe coronas

quaerit, nulla premens veterum vestigia vatum,

\pard\sl312\slmult0 primus et insuetos Italis estendere versus».

\pard\sl312\slmult0 «Atqui» Maecenas ita Pergit «saepe rogantem,

ut Parium semel exaequet mihi pumice librum,

fallit iners magno praetexens nomine culpam,

Archilochi quasi versiculos deus ipse negarit:

\pard\sl312\slmult0 quare post illam, quam nostis, ab urbe piorum

\pard\sl312\slmult0 vate fugam Flacco, nihil exaudivimus, inquam,

de genere hoc, nisi Anum "Quid vires, Flacce," loquentem



\pard\sl312\slmult0

"enervat tibi sic?" et inusta pelle Tribunum».

Hic interpellat balbo prope Publius ore

\pard\sl312\slmult0 Vergilius: «Quid enim? Musa gaudere pedestri

\pard\sl312\slmult0 scimus et in morem Lucili scribere docti

sermones tenues – tenuis non gloria – Quintum.

Nuper ut auditum est Capuae, dum ludis, opinor,

sive pila raptim, Maecenas, sive datatim,

\pard\sl312\slmult0 certamen, cum Rege malo malus hybrida, magnum.

\pard\sl312\slmult0 Cur non hic iubeat facilem sibi dicere Musam

*Sarmenti scurrae pugnam Messique Cicirri*?»

\pard\sl312\slmult0 Rident: at Varius «Vereor ne Publius» inquit

\pard\sl312\slmult0 «Sicelides olim iubeat plorare Camenas,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 fortis et egressus silvis canat arma poeta
\pard\sl312\slmult0 (cede, Vari): tam grande sonat. Sed Horatius, inquam,
Archilochine pedes dubius numerosque sequatur
haesitat, an res et Lucili verba bilinguis».
Inde Maro: «Sic est: diram modo namque parabat
\pard\sl312\slmult0 Canidiam ridere, velut Lucilius alter,
\pard\sl312\slmult0 ultoris fragili tremefactam ventre Priapi;
Canidiam modo vipereis circumdat iambis
atque Lycambeis meditatur laedere telis».
Tum vero cubito Maecenas nixus «Ut omnes
\pard\sl312\slmult0 increpitent, tu, Quinte, taces nec mu facis» inquit:
\pard\sl312\slmult0 «quin prodis nunc ipse loquax quae magna minaris?



\pard\sl312\slmult0

estne tibi fervens odio Lucilius? anne
Archilochus? modo cur sequeris, modo temnis utrumque?
si Calvum et Cinnam, si nostros respuis omnes,
\pard\sl312\slmult0 quid nostro saturam concinnas more togatam?
\pard\sl312\slmult0 sin omni tu laude probas opulescere Romam,
quid sic versiculos horres, quibus usque Catullus
ludit amat, queritur dolet, et succenset et odit?»
\pard\sl312\slmult0 Interpellanti respondet Horatius: «Eheu!
\pard\sl312\slmult0 quam vellem Albano lymphas erumpere monte
\pard\sl312\slmult0 Castalii fontis sive Aoniae Aganippes
(cede, Vari: iam magna sonat mihi Musa pedestris)



\pard\sl312\slmult0

unde prius faciles hauserunt carmina Grai!
Dicere, Maecenas, fatis indicta vetamur.
\pard\sl312\slmult0 Hoc non ipse pater potuit Lucilius, ut qui
\pard\sl312\slmult0 exemplar sibi Aristophanem proponeret artis
argutumque cado non deficiente Cratinum.
Sed fuit hoc laudandus: ut omnis pendeat illinc,
nostra tamen subtemen id inter stamina ducit,
\pard\sl312\slmult0 nec non in nostro saturam bene condit aceto.
\pard\sl312\slmult0 Ergo Italo melius nil, nil prius esse colendum,
quam genus hoc Itali duxi mihi carminis, idque
parvo sic inopique magis convenit eo, quod
me limae labor haud erat offensurus, ut illum.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hac de more tenus saturae Musaque togata:
\pard\sl312\slmult0 nunc aliud. Qua re cantores me minus isti
delectent, quaeris? quia fonti suavius ipsi
admoveas sitiens os tu quam cuilibet urnae.
Adde quod hanc (ex aere sit, an tibi facta vel auro;
\pard\sl312\slmult0 ut Lysippus eam caelarit; nil moror) urnam
\pard\sl312\slmult0 non lymphae liquido mulcenti murmure muscum
supponunt, amnis sed mersant gurgite, nomen
cui dederit fons ille lutumque adiecerit error.
Nos iuvat auctorem cuiusvis carminis ipsum
\pard\sl312\slmult0 noscere, nos ab eo dociles pendere magistro,
\pard\sl312\slmult0 non ut mox verbis reddamus verba fideles,

sed, quod et Archilochus primus, quod primus Homerus
expressere sua pro parte, quod incluta Sappho,
id nos ut docti Grais imitemur ab illis,
\pard\sl312\slmult0 hoc est, naturam tantum verumque... nisi quid
\pard\sl312\slmult0 tu mihi nunc, Publi, prope dissentire videris».
\pard\sl312\slmult0 «Immo» inquit «vero Siculis decedere nymphis
\pard\sl312\slmult0 (tu modo concedas extremum, Arethusa, laborem)
atque Syracosiam labris meditabar avenam
\pard\sl312\slmult0 mittere: iam sanctos aliquos recludere fontes
\pard\sl312\slmult0 mens agitat mihi: iam, nisi me sententia vertet,
egrediar silvis, non ut tamen arva relinquam».
\pard\sl312\slmult0 «Sic te» Quintus ait

«gaudentem rure deus quis

\pard\sl312\slmult0 adiuvet: Ascraeum liceat te discere vate

\pard\sl312\slmult0 carmen, uti Chium Vario scriptore licebit.

\pard\sl312\slmult0 Archilochine mihi mandabis, candide, partes,

Maecenas? minus at valeo tractare pudicus:

haud ita dente peto canis, haud ita cornua tollo

taurus. At invenior mendax. Ut laedere possim,

\pard\sl312\slmult0 quid tamen ira iuvet cornu vel dente petiti?

\pard\sl312\slmult0 quid dolor? Ut miseros solari praestat et aegros,

et frenum cupidis, timidis simul addere calcar,

et mores emendando defigere leges!

Quod siquis magis abrotonum, quam ferre cicutam



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 aegrotum se posse negat, non usque negabit,

\pard\sl312\slmult0 sanus ut id laudet, quod fastidiverit aeger.

Possim igitur versu cervicem frangere: nolo,

Maecenas; nec, ego si vellem, tu quoque velles.

Num Pax ire domos per tutas audet, et omnis

\pard\sl312\slmult0 iam sonitus cecidit belli civilis et aestus?

\pard\sl312\slmult0 quis scit an ipse tegat nullos cinis aridus ignes?

Scilicet, audebit calidam temptare favillam

vates et rapidam e pruna pius edere flammam!»

\pard\sl312\slmult0 «Non sane: quin longa volens oblivia rerum

\pard\sl312\slmult0 ducere sollicitos levisomno corde Quirites,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Iustitiam canet et leges atque otia dia.

Tum faciet ridere foco splendente Penates

et gaudere domum pueris mensamque patellis».

\pard\sl312\slmult0 Haec ita Vergilius: post tamquam numine tactus

\pard\sl312\slmult0 «En» ait «arva nitent, en undique culmina fumant!

\pard\sl312\slmult0 Tu nobis epulas potes instaurare deorum,

tu Pacem, memor antiquae pietatis et auri,

o nimis armorum patiens Saturnia tellus!»

\pard\sl312\slmult0 «Nempe novum» sic Flaccus ait «genus ante canebas

\pard\sl312\slmult0 regnaque Saturni, iam tum cum litora genti

\pard\sl312\slmult0 hic secreta piae monstrabat et arva beata.

Sed nova nunc, Publi, sceleris vestigia nostri



\pard\sl312\slmult0

apparent, nondum Romanus condidit enses!»

\pard\sl312\slmult0 «At condet. Digno poterit quis carmine Ianum

\pard\sl312\slmult0 multa quiescentem clauso post saecula templo

\pard\sl312\slmult0 scribere? quis fratri sociatum iure Quirinum?

Iam quasi per nebulam vagitum quaerere parvum

visus eram, quo mox homines in bella ruentes

proicerent subita victi dulcedine tela.

\pard\sl312\slmult0 Iamque dies aderit (fuit id quodcumque) Sibyllae,

\pard\sl312\slmult0 cum tandem miseras inter gens ferrea caedes

desinet: ut solem, cum se post ignea condit

nubila, consequitur nox astris apta serenis.

Tum vero, nisi eo possum producere vitam,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 curva, Quinte, lyra tu carmen, Quinte, latinum
\pard\sl312\slmult0 ede, canens Fidei reditus et Pacis, et almum
Roma nil Solem visurum pulcrius urbe».
\pard\sl312\slmult0 Haec alterna serunt obliti verba poetae
\pard\sl312\slmult0 et convivarum penitus mensaeque secundae.
\pard\sl312\slmult0 Illi autem, vacuo videant velut aere sensim
\pard\sl312\slmult0 excludi caeloque novum decurrere sidus,
ora tenent tacitique omnes mirantur oriri
temporibus nequaquam obliviscenda futuris.
Interea sonitus tacitis ferit omnibus aures
\pard\sl312\slmult0 Sarmenti stertentis humi Messique Cicirri.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0FANUM VACUNAE

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 *SATURA*

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ruri tota novo domino vigilata fere nox.

Namque aures vacuas tandem clamoribus urbis

implebant acri grylli stridore sabelli.

Vix dum conivet: cecinerunt undique galli.

\pard\sl312\slmult 0

I

GALLICINIUM



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hic hic, heri qui vesperi greges quoque
\pard\sl312\slmult0 nostros stupebas inscius,
\pard\sl312\slmult0 hic non, Horati, te tuis de somniis
\pard\sl312\slmult0 ad vaniora trudimus,
\pard\sl312\slmult0 nec nuntiamus seduli lucem novam
\pard\sl312\slmult0 a mane perdendam tibi.
\pard\sl312\slmult0 Hic nosmetipsos excitamus invicem,
\pard\sl312\slmult0 postquam ter alis plaudimus,
\pard\sl312\slmult0 solemque clausis pollicemur feminis
\pard\sl312\slmult0 vagumque per sulcos iter.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tu cui domi est far, hordeum, magnum penus,
\pard\sl312\slmult0 hic, here, quiesce quamlibet.

\pard\sl312\slmult0 Dein septis galli deinceps in chortibus omnes
conticuere: fluunt animi, mens labitur ipsa
se quaerens, obeunt sublustrem somnia somnum.
\pard\sl312\slmult0 Mox obnitentem Flaccum quoque languidus aufert
\pard\sl312\slmult0 somnus. Iam nec ubi est, valet amplius esse, nec idem.

\pard\sl312\slmult
0

II

REDITUS
DOMUM


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Est in paterna parvulus domo puer:

\pard\sl312\slmult0 frondiferoque iugo sublime Voltur eminet,

\pard\sl312\slmult0 et silva raucis ingemit palumbibus,

\pard\sl312\slmult0 undique myrtus olet rubetque bacis arbutus,

\pard\sl312\slmult0 et bandusini fontis obstrepunt aquae:

\pard\sl312\slmult0 omnia sed madidis aspectat oculis inquies.

\pard\sl312\slmult0 Nam matris ille neutiquam vultum videt,

\pard\sl312\slmult0 immemorabiliter imaginem dulcem sequens.

\pard\sl312\slmult0 Conspecta numquam mater infanti, nec est

\pard\sl312\slmult0 obvia nunc reduci nec dicit in somnis, Ave!



\pard\sl312\slmult0

Dum vero notos per lucos immemor errat,
praetereunt segnes momento temporis anni,
vanescunt patrii subter caligine montes,
\pard\sl312\slmult0 audacem nuda tenet illum Roma iuventa.

\pard\sl312\slmult
0

III

## CANES

\pard\sl312\slmult0 Quem circumveniunt pallentes undique formae,
\pard\sl312\slmult0 turba balatronum, nebulonum,
\pard\sl312\slmult0 mimae, latrones, lenones, scorta, cinaedi,
\pard\sl312\slmult0 et Furiae procul exululantes.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Canidia hinc atris sibi rodens dentibus ungues,

\pard\sl312\slmult0 torva tuens hinc Mena minatur.

\pard\sl312\slmult0 Improbus insequitur lunam latratus euntem

\pard\sl312\slmult0 per secura silentia caeli:

\pard\sl312\slmult0 sunt autem critici, qui putida carmina Maevi

\pard\sl312\slmult0 Vergilio praeponere certant.

\pard\sl312\slmult0

At veros latrare canes ita nescius audit,

qui matutinum propriis a sepibus acres

obtrectent sonitumque pedum ravumque susurrum.

Nec dilucescit, sed pauper forte viator

\pard\sl312\slmult0 pergit iter linquens madefactum rore cubile.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tu procul hinc dulcis pudibundo, Quinte, poetae

occurris, balbeque audis sed dulce loquentem.

Cui sic respondes: rubor illum tinguit agrestis.

\pard\sl312\slmult
0

IV

AD VERGILIUM

\pard\sl312\slmult0 Qui sulco placidi sub divo natus aratri es,

\pard\sl312\slmult0 ut laeta frumenti seges, voce favente boum,

\pard\sl312\slmult0 sunt tibi propter aquas agiles rectaeque sorores,

\pard\sl312\slmult0 Padi paterni populi, lusciniisque sonant.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Lusciniae cunctas celebrant, magis omnibus unam,

\pard\sl312\slmult0 tuam gemellam, quo die nasceris ipse, satam.

\pard\sl312\slmult0 Suaserunt puero tibi blandos murmure somnos

\pard\sl312\slmult0 apes paternae, dum graves melle domum repetunt.

\pard\sl312\slmult0 Posthabito fructu, contentus flore poeta

\pard\sl312\slmult0 tu contubernales apes moribus ecce refers:

\pard\sl312\slmult0 quae linquunt florem non ullo stamine laeso,

\pard\sl312\slmult0 nec ulla ne minima quidem ruga plicat folium.

\pard\sl312\slmult0 Quod flori super est, id api satis est, satis autem

\pard\sl312\slmult0 ad id creandum quo nihil dulcius est homini.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Praediolum vates et amoenis hortulus umbris
detinet: et flores una mirantur et herbas,
\pard\sl312\slmult0 lilia narcissosque et caeruleos hyacinthos
\pard\sl312\slmult0 et sepem saevam spinis comemque corymbis.
Singula sed Flaccus dum spectat, torpor inertem
occupat, et bombus teretes circumstrepit aures.
Laxantur molles, apibus pascentibus, artus.
\pard\sl312\slmult0 Somniat ille levi permulsus murmure somnum.

\pard\sl312\slmult
0

V

CONTICINIUM



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Strix repetit nunc cana cavum, nunc noctua rimam,

\pard\sl312\slmult0 gryllique sub terris latent.

\pard\sl312\slmult0 Iam nec eunt aurae nec inhorrens palpitat arbos,

\pard\sl312\slmult0 silentioque ros cadit,

\pard\sl312\slmult0 stellaeque invitos oculos, una, altera, plures,

\pard\sl312\slmult0 iam condidere palpebris...

\pard\sl312\slmult0

Dormitat, nec apum strepitus fuit ille, sed una

mussabat circa transennam musca fenestrae,

saeva canens et saepe cadens. Dein crescere murmur,

\pard\sl312\slmult0 et tremuli litui fractarumque aera tubarum



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 obstrepere. At tellus equitum peditumque tumultu

mota tonat. Iam Vergilius dilapsus in auras

est nusquam. Stertit submisse Flaccus et idem

flectit equum magnaque edicit voce tribunus

\pard\sl312\slmult0 ut pilis infesta cohors procurrat in hostes:

\pard\sl312\slmult0 aspera vox aegre scabris e faucibus exit.

Tandem verba sonant, sed coepto prorsus aberrant.

\pard\sl312\slmult
0

VI

BELLUM CIVILE

\pard\sl312\slmult0 Venerunt hinc inde duae super arma volantes



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 utrosque, dum siletur, inter ordines

\pard\sl312\slmult0 eia! aquilae latis alis et ab aethere terram

\pard\sl312\slmult0 micare subter aere fulgidam vident:

\pard\sl312\slmult0 alteraque alterius subito petit unguibus ungues,

\pard\sl312\slmult0 sonorque caedis arduus ruit ferae.

\pard\sl312\slmult0 Circum signa volant avulsae corpore plumae,

\pard\sl312\slmult0 et ante tempus arma sanguis inquinat.

\pard\sl312\slmult0 O aquilae quibus est romana nidus in arce

\pard\sl312\slmult0 et una mater, altitudinis sequax,

\pard\sl312\slmult0 o aquilae ex auro, rigido quas aere cohortes

\pard\sl312\slmult0 tuentur usque



\pard\sl312\slmult0

fortibusque cordibus,

\pard\sl312\slmult0 quid paribus pugnare pares prorumpitis? unde

\pard\sl312\slmult0 agenda praeda? quemne et unde pellitis,

\pard\sl312\slmult0 o cives, hostem? Cives, cum finibus istis

\pard\sl312\slmult0 colonus arva dimovens ligonibus,

\pard\sl312\slmult0 non nisi consimiles galeas invenerit atque

\pard\sl312\slmult0 ubique pila, pila utrimque foderit,

\pard\sl312\slmult0 Romanos ipsi Caelo pugnasse putabit

\pard\sl312\slmult0 et hic perisse contremescet impios.

\pard\sl312\slmult0 At quae non contra Caelum, quae bella piorum

\pard\sl312\slmult0 piisve non abominanda matribus?



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quae sub sole putant tot parvos esse Quirites

\pard\sl312\slmult0 quot ista nutrit alma terra parvulos:

\pard\sl312\slmult0 tam sunt inter se similes tamque omnium egeni,

\pard\sl312\slmult0 parique iure dulce pectus appetunt!

\pard\sl312\slmult0 Miramur qui quaeque suos dignoscere possit

\pard\sl312\slmult0 amantiusque tollere usque ad osculum.

\pard\sl312\slmult0 Quid? Nonne innumeros inter, quibus est color idem,

\pard\sl312\slmult0 figura, forma, pluma, cantus, omnia,

\pard\sl312\slmult0 conferta propriam discernit in arbore prolem

\pard\sl312\slmult0 suosque quaeque passeres avis fovet?



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

VII

ANTE LUCEM

\pard\sl312\slmult0 Aves ab imis exserunt alis caput
\pard\sl312\slmult0 et alterum repente ponunt crusculum,
nam voce tenue tinnula signum dedit
crista decoram parva cassidem gerens
alauda: quod vix crepuit illinc classicum
\pard\sl312\slmult0 telluris umbras inter et clarum polum,
\pard\sl312\slmult0 hic omnis arbos intremit nutat fremit.
Cecinit avicula, terraque expergiscitur.
Verum susurrus hactenus pressi sonant,



\pard\sl312\slmult0

rerumque circum lenis oscitatio.
\pard\sl312\slmult0 Pelluntur absque cardinum tritu fores,
\pard\sl312\slmult0 patent fenestrae molliter ceu palpebrae,
aurae queruntur, dulce aquae singultiunt.
Silvas per omnes sibilus sonat levis,
st! hinc et illinc mussitant tristes aves,
\pard\sl312\slmult0 aegre ferentes antelucanam tubam.
\pard\sl312\slmult0 At iam fenestras stridulae circumvolant
luteis relictis nidulis hirundines,
iamque hospitale turba diversorium
passerculorum miscet ulmum cantibus.
\pard\sl312\slmult0
\pard\sl312\slmult0 Tunc excitatur immemor Quintus sui.
\pard\sl312\slmult0 Calcare nubes sibi videtur et vias



\pard\sl312\slmult0

sublimis urbis a cuculis conditae.

Late canentes audit omnes oscines,

turdos, palumbes, vitiparras, turtures,

\pard\sl312\slmult0 paros, iynges, galbulas, erithaeos,

\pard\sl312\slmult0 parvumque, qui nec est usquam nec usquam abest,

cui tot solia sunt quot folia sunt, regulum.

Novos poeta carminum modos stupet.

\pard\sl312\slmult
0

VIII

DILUCULUM

\pard\sl312\slmult0 O sol e roseis nubibus eminens,

hesterni similis solis, ut amplius

ovum quod parimus discrepet alteri



\pard\sl312\slmult0

quod nidi teneris in stipulis tepet,

hinc te nempe procul nox superincubans
alis magna nigris fovit et abdidit,
nunc nubem tenui cortice candidam,
distinctam maculis dividis aureis,

atque excluderis. O! pulcher et aliger,
signatam madidis scande viam rosis
Exi! Longa via est, est labor improbus,
qualis nos humiles terreat alites.

At te gratia, te gloria, te favor
terrae prosequitur, cui bene feceris,
quamvis lucifugae vespere laedere
te tristi soleant carmine noctuae.

Pulcher sol, age tu, si quid agis. Nihil,

qui mox te maneat terminus, attinet.
Dilapsis similis, nasceris, occides.
Scimus: tum foliis nos quoque condimur.

Tum nobis abeunt omnia cum die,
sed rivus sonitu perpetuo fluit.
Iam nullae sumus: ecce, omnia, suavius
luce ipsa, recreat lusciniae melos.
\pard\sl312\slmult0
Sol oritur, sparguntur aves. Sua pabula quaerunt,
hae bacas, hae vermiculos, hae semina, passim.
\pard\sl312\slmult0 Vescuntur, rixantur, amant, saliunt huc illuc,
\pard\sl312\slmult0 extremo pandunt alas: tum quicquid agebant,
aerio faciles plausu cantuque coronant.
At toto Quintus pedetemtim rure vagatur


\pard\sl312\slmult0

et primas auras adducto pectore sorbet,

\pard\sl312\slmult0 et stupet ad ventum tremulas cum murmure frondes

\pard\sl312\slmult0 guttasque impressas ingentis imagine solis.

Miratur iam visa novus, tum visa quidem, cum

degeret ipse alius: terra caeloque potitur.

Quicquid miratur, proprium facit ac sibi ponit,

\pard\sl312\slmult0 dulcibus allectum verbis et carmine vinctum.

\pard\sl312\slmult
0

IX

RUS

\pard\sl312\slmult0 Rus, ave et salve! Mala longa vitae

delet, o tellus, brevis hora. Tutus



\pard\sl312\slmult0

negligo iamnunc procul adsonantes

\pard\sl312\slmult0 naufragus undas.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 O tori strati foliis et altae

\pard\sl312\slmult0 frondibus textum tremulis lacunar

arboris! Nonne hi redolent magis quam

\pard\sl312\slmult0 balsama flores?

\pard\sl312\slmult0 Tu mihi tantum precor, alma, vati,

\pard\sl312\slmult0 te frui, dones: hilarosque soles

\pard\sl312\slmult0 et leves noctes et aquas salubres

\pard\sl312\slmult0 affer et umbras.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tu cibi quod sit satis, ipsa dones
pingue cum pomis olus: ipsa et ipsas
\pard\sl312\slmult0 ex tua creta, quibus haec ferantur
\pard\sl312\slmult0 dona, patellas.

\pard\sl312\slmult0 En rauca ductus patientis voce bubulci
\pard\sl312\slmult0 sedato pede planitiem petit, exiguas quae
exhalat nebulas et humum redolet proscissam.
\pard\sl312\slmult0 Cernit ibi fulva succinctum pelle bubulcum
\pard\sl312\slmult0 innixum buri, vaccis et voce minantem,
non stimulo. Vitulis quos gestant, parcit arator.

At stivam premit et virgam quatit, hiscit et urget,
conspecto domino: sequitur qui lippus aratrum
\pard\sl312\slmult0 et vaccas oculis et aratorem meditans et
\pard\sl312\slmult0 intra se canit. Interior, vel corde sub
ipso, tamquam anima leni resonat lyra mota canenti.

\pard\sl312\slmult 0

## X

## INSTRUMENTUM RUSTICUM

\pard\sl312\slmult0 Sic te magna beet parens,
sic donis cumulet terra memor suis,

\pard\sl312\slmult0 ut tu fidus aras, amas,
\pard\sl312\slmult0 arentemque rigas ct saturas macram.

Quin ipse in stabulis, tibi
qui possent operam reddere mutuam,
fecisti a vitulis boves,
\pard\sl312\slmult0 fraternum dociles ferre simul iugum.

\pard\sl312\slmult0 Quin idem e tilia iugum
molli, quod minime colla premat, dolas,
ut iam providus ilicem
in burim validam vomere flexeras.

\pard\sl312\slmult0 Quod polles opibus tuis


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nec spectas alios indigus, imperas,

et sumpto baculo, licet

albos pone boves sceptriger ambules.

\pard\sl312\slmult0

At retrocedens dum iuxta transit aratrum,
\pard\sl312\slmult0 vatem cum gemitu vaccae circumspiciunt et
\pard\sl312\slmult0 humenti nebula calidis e naribus adflant:
vomis stridet: ait visu, non ore, bubulcus:
"Instrumenta sumus ruris tua: nil nisi vox est
inter me camurasque boves et robur aratri".
\pard\sl312\slmult0 Vox vero tenuis non est audita poetae.
\pard\sl312\slmult0 Quo tenuis singultus aquae vocat, ille per ulvas
et glaucas, agitans aliud, descendere cannas

pergit ad ignotum rivum. Mox lucis et umbrae
alternis varius vicibus Digentia vati
\pard\sl312\slmult0 apparet resonatque suo. Solaeque sub alnis
\pard\sl312\slmult0 aut in arundinibus rivum per saxa loquacem
cyaneae auscultant merulae, deserta colentes,
lusciniaeque, diu tacitae: tum reddere tentant,
dein tereti querulas imitantur gutture voces.
\pard\sl312\slmult0 Tuque sedens ad aquas carmen meditaris, Horati.

\pard\sl312\slmult
0

XI

DIGENTIA

\pard\sl312\slmult0 Me quoque, rive, doce, perlucide qui nigris sub umbris

\pard\sl312\slmult0 hinc semper is, hic semper es, perennis.

\pard\sl312\slmult0 O utinam, similis plane tibi, laberer, manerem!

\pard\sl312\slmult0 et unda frondes ferret atque flores,

\pard\sl312\slmult0

non vocem, non hoc murmur leve, quod viator edo,

\pard\sl312\slmult0 non quae mei pars maior est et omni,

\pard\sl312\slmult0 non cantum, quem, rive fugax, canis, ut cano fatigans

\pard\sl312\slmult0 ad saxa fluctus labilemque vitam.

\pard\sl312\slmult0 Haec meditans ripas adverso flumine Flaccus



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 scandebat, cum iam staret magis ardua rupes

\pard\sl312\slmult0 et sensim rivus breviori curreret alveo.

Ad rivi tandem molli cunabula musco

strata venit, gemitumque audit balbamque querelam

antro exsistentis tremulique sub ilice fontis.

\pard\sl312\slmult0 Adspicit et patriam nymphae reminiscitur urnam.

\pard\sl312\slmult
0

## XII

## BANDUSIA

\pard\sl312\slmult0 Te quocumque vocant nomine rustici,

iamnunc Bandusiae fons eris, et tuas

\pard\sl312\slmult0 undas Appula puras
pura fundat ab amphora,
\pard\sl312\slmult0
\pard\sl312\slmult0 quae dempsit puero nympha sitim mihi,
\pard\sl312\slmult0 quae longis tenuit garrula fabulis
\pard\sl312\slmult0 aurem: quas utinam nunc
ex te grandior audiam!
\pard\sl312\slmult0
Dic montes patrios, dic tenues lares,
\pard\sl312\slmult0 oro, dic ioca, dic seria, quot diu
\pard\sl312\slmult0 nobis abdita, mixtum
nunc risum lacrimis cient:
\pard\sl312\slmult0
quot percepta semel corde pio, memor


\pard\sl312\slmult0

dicam digna piis cordibus. Hauriam
\pard\sl312\slmult0 sic ex fonte canorae
vates rite puertiae!
\pard\sl312\slmult0
\pard\sl312\slmult0 Sic secum puraque manus lavit aridus unda
Bandusiae venisque cavas salientibus ambas
subicit et bibit. Hinc clivoso tramite montem
\pard\sl312\slmult0 ascendit. Subito quae ducat semita nulla est.
\pard\sl312\slmult0 Nulla videt late culti vestigia ruris,
solaque circumstant vatem fruticeta vagantem:
in numerum qui cogitat et tacito canit ore.
\pard\sl312\slmult
0

XIII


\pard\sl312\slmult0

TESQUA

\pard\sl312\slmult0 Haec quae scurra tener tesqua vocaverit

\pard\sl312\slmult0 solis hirta quidem vepribus et rubis,

\pard\sl312\slmult0 non tu despicies difficilis nimis,

\pard\sl312\slmult0 vates ore tenus pius:

\pard\sl312\slmult0

qui iam non modo non his quereris rubos

et vepres salebris surgere, sed magis,

\pard\sl312\slmult0 quod saevis etiam sentibus exeant

\pard\sl312\slmult0 bacae puniceae, stupes.

\pard\sl312\slmult0

Haec haec pruna tibi cornaque porrigit
Paupertas proprio comis ab hortulo.
Grata sume manu: vescere: forsitan
\pard\sl312\slmult0 quamvis acria te iuvent.

\pard\sl312\slmult0 Hos vulgus frutices corripiat licet
sentesque illepida voce vocet canis.
Late suavis odor spargitur. Hi canis
\pard\sl312\slmult0 sentes progenerant rosam.
\pard\sl312\slmult0
\pard\sl312\slmult0 In lucum sensim crescit nemus: undique fagi
\pard\sl312\slmult0 exsurgunt: ilex et quercus multa minatur
densaque germinibus circum viret arbutus imis.

«Hoc erat in votis» inquit: «paulum quoque silvae».

\pard\sl312\slmult
0

XIV

SILVA

\pard\sl312\slmult0 Te conseverunt iacientes semina casu
sub rerum primordia venti,
silva vetus, quae cum ventis de tempore lapso
longa diem noctemque susurras.

Tu formas bipedum vidisti forte ferarum
repere subter, et arbuta passim
carpere de ramis et humi sibi sumere glandes,

iam pastum venientibus apris.

Tu priscos homines vidisti vespere cautos
ilicis ad stirpem dare nuda
membra solo foliis et frondibus involventes,
dum tenebras lupus olfacit atras.

Da mihi nunc isdem recubanti, silva, sub umbris
carmina quae soleo meditari,
quae genus humanum faciant humanius, usque
dum brutum sibi dempserit omne.
\pard\sl312\slmult0
Tum sic adfari mons ipse Lucretilis ipsum


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 aurarum dulci strepitu silvaeque poetam.

\pard\sl312\slmult
0

XV

LUCRETILIS

\pard\sl312\slmult0 Sentibus hirtus, idem

\pard\sl312\slmult0 mollis et musco tenero, nunc querulis cicadis

\pard\sl312\slmult0 tinnulus aut canoris

\pard\sl312\slmult0 per nigros lucos avibus, nunc tonitru tremendus,

\pard\sl312\slmult0 mons ego forma vitae

\pard\sl312\slmult0 sum tuae quaedam: veteris qui similis Chimaerae



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nunc velut unus haedus

\pard\sl312\slmult0 vagio, nunc exululo trux velut una totus

\pard\sl312\slmult0

belua. Vere pictos

\pard\sl312\slmult0 do novo flores, adimo cum gravis urget aestus:

\pard\sl312\slmult0 singula sed relinquo,

\pard\sl312\slmult0 tuta iam lactis foliis, pendula poma ramis.

\pard\sl312\slmult0 Horrida deinde nudum

\pard\sl312\slmult0 me tegit nix et glacies, omniaque algor aevi

\pard\sl312\slmult0 eripit, et videri.

\pard\sl312\slmult0 Tunc aquas dulci vitreas Bandusiae reservo.



\pard\sl312\slmult0

Interea veteri repens per saxa ruinae

offendit Quintus. Metopae fractaeque columnae

\pard\sl312\slmult0 zoophorique et signa iacent deformia muscoque

\pard\sl312\slmult0 inlita qua densis exstant occulta sub herbis.

Stat paries aliquis. Priscae vestigia cellae

conlapsumque licet visu deprendere fanum.

Maceriam scandunt hederae, rubus occupat, ut si

\pard\sl312\slmult0 adflictis omnes aditus difendere rebus

\pard\sl312\slmult0 adspectusque velint. Virides in sole lacertae

per scabros reptant molli vibramine muros.

Tum fano vates languens aestuque viaque

succedit, paulumque sedens respirat in umbra.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

XVI

## FANUM PUTRE

\pard\sl312\slmult0 Quis te deorum, quae dea, dirutum
fanum, tenebat, cum medium sacris
stares in umbris grande luci,
teque pii colerent tribules?

Qui tum tribules? quod genus et quibus
sermone, cultu, moribus et modis?
iurisne cultores an armis
omne nefas simul adrogantes?

Abscondit unum cuncta silentium.
Delevit aetas cum populo deum.
Fanum ruinam fecit. Ipsam
mox humus obruerit ruinam.

Hic saepe casus, hic mediter vices
et vana rerum conscius, hic deo
converser ignoto, vaganti
per populos inopique templi.

\pard\sl312\slmult0

Dein secum tacitus, respectans rudera, pergit.

\pard\sl312\slmult0

XVII

FINIS RERUM



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Heu tempus veniet cum domitum pulvere corruat

templum sole nitens et tremulis sideribus, neque

iam sit quid videat quis neque iam qui videat, neque

\pard\sl312\slmult0 iam mundus solium sustineat quo sedeat deus:

\pard\sl312\slmult0

unus qui vacuo tunc spatio permeet undique,

seque ipso omne quod est, compleat, atque ipse sit omnia

unus. Quid tua tum carmina, quid tum tuus hic labor,

et spes et metus, haec gaudia, tot sollicitudines?

\pard\sl312\slmult0

Versibus at tenuis foliorum intervenir horror



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 cautorumque pedum sonitus levis. Ecce viri seu

simioli potius patulae sub fornice nares

velato limbis hederae brevibusque corymbis

apparent limique oculi. Quem respicit et «Quo,

\pard\sl312\slmult0 Quintipor, exagitas?» inquit Quintus: «quid opus te

\pard\sl312\slmult0 circumagi?» «Nempe ut visam, si dicere par est,

rura tibi tua, nempe ut opus tibi vilicus omne

curem, circumagor. Vin me convertire rursus

in mediastinum?» «Iam tu contemnis agellum,

\pard\sl312\slmult0 optabas nuper». «Tenuit spes rure vacandi

\pard\sl312\slmult0 me quoque, qui...» «Quid? Nonne vacas?» «En illa Vacuna»

I ndicat et fanum circum se putre. «Vacuna!»

Et silet in dicto, nam secum cetera volvit.

\pard\sl312\slmult
0

XVIII

VACUNA

\pard\sl312\slmult0 Otium rogat sedens

tuis viator aedibus, Vacuna:

tuque sub tholo quatis

sursumque tollis lanceam trementem.

«Diva sum ferox» ais,

«decepte voce nominisque forma!

Vita vis, homo, est: abi:

nunc militandum: mortuus vacabis!»

\pard\sl312\slmult0 Et pede dimotis saxis et sentibus ipsam

ingreditur cellam: stat rite et numen adorat.

\pard\sl312\slmult
0

XIX

VIRTUS

\pard\sl312\slmult0 Ubi in hostes abiturus prece te sollicitabat,

\pard\sl312\slmult0 405 dea, miles, venit et te pius ambit Quiris: adsto

\pard\sl312\slmult0 tibi, Virtus, ego vates.

\pard\sl312\slmult0

Decet hoc te putre fanum, decet asper rubus, et me,



\pard\sl312\slmult0

dea, non dedecet: ex his ego muris mihi fractis

\pard\sl312\slmult0 hederas praemia carpam.

\pard\sl312\slmult0

Sic hederam carpit. Tacitum canit ultima carmen

\pard\sl312\slmult0 tunc lyra vicenis resonans sub pectine chordis.

\pard\sl312\slmult
0

XX

HEDERA

\pard\sl312\slmult0 Nulla, si sapiam, magis ista tempora cingi

\pard\sl312\slmult0 fronde poeta velim,

\pard\sl312\slmult0 quam sine fraude metam licet et qua se abstinet omnis

\pard\sl312\slmult0 turba caretque libens.

\pard\sl312\slmult0

Tu nudos vestis muros, tu pulla ruinas

\pard\sl312\slmult0 atque sepulcra memor.

\pard\sl312\slmult0 Abscondis sane, sed item complecteris, ornas

\pard\sl312\slmult0 palmitibusque foves...

\pard\sl312\slmult0

Hic hederas ubi, Quinte, manu te cernit habentem,

\pard\sl312\slmult0 «Fert ager hic hederam, non» inquit vilicus «uvam».

\pard\sl312\slmult0

Omnia Horati metra in hac satura eodem ordine occurrunt quo in eius libris aut primum aut semel leguntur: Epod. 1, 11, 12, 13, 14, 16, 17; Carm. I: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 11; II: 18; III: 12; IV: 7.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0SENEX CORYCIUS

\pard\ sl312\slmul t0

Cfr. Verg. *Georg*. IV 116 - 148;

\pard\sl312\slmult0 Hor. C. II 6.

\pard\sl312\slmult 0

I

\pard\sl312\slmult0 Unam vidit apem cum secum diceret aeger

Vergilius: "Sic ista tepet tibi bruma, Tarentum?

sic mihi terrarum super omnes, angule, rides?

sic, flumen, glacie consistis, dulce Galaesi?

\pard\sl312\slmult0 Quid faciam, vati nimium confisus amico?"

\pard\sl312\slmult0 Hos apis abrumpit tantillo murmure questus.

Nempe querebatur vernum sibi desse teporem

extremas operis cupienti excudere ceras,

spargeret ut rorem post sacrum protinus ignem.

\pard\sl312\slmult0 Illo Vergilium nam tempore rura canentem

\pard\sl312\slmult0 abdiderat quae tranquillo canit aequore Siren

multaque Parthenope (didicit nam cuncta) docebat.

Septima venit hiems, cum iam sub fine laborum

adiceret triplici caelestia dona libello.

\pard\sl312\slmult0 Tum caelum contraxit hiems, et frigidus imber
\pard\sl312\slmult0 vocales prohibebat apes erumpere tectis.
At Lacedaemonium tristis petit ille Tarentum,
hibernam, te vate, rosam visurus, Horati.
Oebaliae squalebat ager sub turribus, Aulon
\pard\sl312\slmult0 candebat nivibus, velabat crusta Galaesum.
\pard\sl312\slmult0 A! vere dicetur hiems ignava poetae!
Nam paucos primo mandabat mane tabellis
versiculos, nec erat quod vespere lamberet ursa.
Dein horrere dies inaratam postera ceram
\pard\sl312\slmult0 et stilus usque suum frustra prescindere campum.
\pard\sl312\slmult0 Quid, cum iam libros coepit sibi poscere pumex?
Nam perhibebatur victrici saepe liburna


\pard\sl312\slmult0

Caesar ad Ausonium iam festinare triumphum;

et perfecta velit libare Georgica Caesar.

\pard\sl312\slmult0 Solus Vergilius saltus lustrabat et agros

\pard\sl312\slmult0 increpitans Zephyrum: «Quid tantum flare moraris?»

Hinnitum tollens Aquilo respondet acutum.

Tandem vidit apem: nec erat tum cernere torpentem

inter palliolum manibus: se comit et ornat

\pard\sl312\slmult0 cruribus, ut flores adeat permunda politos.

\pard\sl312\slmult0 «Ver ubinam, virgo, tibi?» Vixdum dixerat, ecce

dirigit illa volans gressum dubitantis ad hortum,

qua dabat intexta cancellus arundine rarus

non aditum, vates, ipsi tibi: tu fore servas.

\pard\sl312\slmult0 At per transennam te cognovere tuentem
\pard\sl312\slmult0 quotquot apes circum violas inde usque metebant.
Evasere aliae ringentis ab ore leonis,
destiterunt siccare aliae lacrimas narcissi,
ediderunt omnes magno cum murmure cantum.
\pard\sl312\slmult0 Unus in horrenti ridebat hic hortulus agro:
\pard\sl312\slmult0 ridebant flores Borean in monte gementem
atque imitabantur nivis ipsa veste colorem
securi: niveaque senex per gramina barba
reptat, et hic fulcit pendentia lilia iunco,
\pard\sl312\slmult0 hic paleis operit rugosam frigore caltham,
\pard\sl312\slmult0 hic cratem tendit duplici super amite virgeam,

ut possit gelidas contemnere flosculus auras:

falx est in manibus: curva secat arida falce.

Saturnum dicas alium, qui fallat agello

\pard\sl312\slmult0 abditus et casula natum per cuncta meantem.

\pard\sl312\slmult0 Hic immortalem sustentat melle senectam.

At caelique marisque volat per caerula circum

Iuppiter, et terras gelidis quatit undique ventis.

Nequiquam: paleis vetulus sua regna tuetur

\pard\sl312\slmult0 exiguis olitor, florum pater atque apium rex.

\pard\sl312\slmult
0

II

\pard\sl312\slmult0

«Fortunate senex» parvo post tempore vates

\pard\sl312\slmult0 tali voce redux vetulum compellat in horto:

«ut salvus? rectene vales?» «Patienter». «Amabo:

quaenam, quae portas umeris huc germina?» «Pinus».

\pard\sl312\slmult0 «Quam comptus tibi, quam nitidus, pater, hortulus hic est!»

\pard\sl312\slmult0 «Non fuit». «Arte colis qua tam feliciterà» «Arte».

«Est, quod agas: ignosce: nimis sum forte molestus».

«Sat». Silet hic vates arridens leniter. Ille

ultro tunc tacita victus dulcedine fatur:

\pard\sl312\slmult0 «Hoc habeo curare thymum et disponere circum

\pard\sl312\slmult0 has pinos». «Ne me respecta: nil moror» inquit.



\pard\sl312\slmult0

Cumque haec curantem consectaretur: «Et ipsi,

noli admirari, mihi sunt alvearia cordi.

Iamque et oves pavi, nunc laudo rura, magister

\pard\sl312\slmult0 exigui pridem pecoris, nunc pauperis agri».

\pard\sl312\slmult0 At nutu negitare senex. «Mihi crede: sed istinc

praediolum procul est ”. “ Nonne his tu finibus ortus?»

«Mantua me genuit. Te vero?» «Corycus». «An mons,

unde croci triti fert aurea fila phasellus?»

\pard\sl312\slmult0 Ille nihil: scrobibus pinos committit: at horret

\pard\sl312\slmult0 surculus in manibus, velut huic adflaverit aura.

Sederat in gleba tiliae gemmantis adhaerens

trunco Vergilius. Bene florens hortus olebat



\pard\sl312\slmult0

areolaeque levi mussabant undique bombo.

\pard\sl312\slmult0 Ipse pugillares citreos deprompsit, et illum

\pard\sl312\slmult0 pangebat ceris omni de flore susurrum.

Tum vatem spectare Cilix, et dicere secum:

"Rusticus est facie: nimirum cultor agelli

et custos ovium fuit, ipso teste: sed idem

\pard\sl312\slmult0 mutat et interdum mihi fit deus". «Hospes, at istas»

\pard\sl312\slmult0 inquit Vergilius «pinos huc unde tulisti?»

«Portavi de monte, vides quem surgere coram».

«*Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis*...»

«Ipse». Iterumque Maro Cilicem respexit amice.

\pard\sl312\slmult0 Atque hinc hospitium iunctum est: et saepe redibat

\pard\sl312\slmult0 Vergilius. Nitido vates olitoris in horto
descriptas proprio replebat nectare cellas.
Quin didicit, satio quo sidere floribus esset,
et quibus incertum ver halaret hyacinthis
\pard\sl312\slmult0 et quos respiceres abiens, autumne, colores.
\pard\sl312\slmult0 Sirpiculos, olitor, ne cessa texere iunco:
nulla venit nobis et abit sine floribus aetas.
Iacta semel crebris irrora semina guttis.
Iam saturanda fimo tellus. Tibi raucus asellus
\pard\sl312\slmult0 somniat in stabulo clitellas stramine pastus.
\pard\sl312\slmult0 At pudeat misero paleas apponere solas!
Hic operum socius fructum tibi vectat in urbem,
linquit hic in caulis, fiat quo pinguior hortus.


\pard\sl312\slmult0

Neu primum marrae, neu posthac parce bidenti.

\pard\sl312\slmult0 Sed sectare manu subitas in floribus herbas:

\pard\sl312\slmult0 laedet enim ferrum fibras nascentis anethi.

Ne pigeat saeva tondere rosaria falce.

Et cum se roseae trudunt de palmite gemmae,

haerentes teneris cochleas venare flagellis.

\pard\sl312\slmult0 Multas una rosas valuit praerodere limax.

\pard\sl312\slmult0 Tandem: «Care senex, hortos quoque deinde canemus.

Mella quidem relino: mox te celebrare magistro

in vinum natos iuvat aut in funera flores:

tum quod in exigua fumans olus acre patella

\pard\sl312\slmult0 exhilarat frontem reducis nidore bubulci».



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

III

\pard\sl312\slmult0 Spectabat mare caeruleum de vertice collis
\pard\sl312\slmult0 mente Cilix tota. Prope falx et marra iacebant.
Stabat: et incanos pellebat flamine crines
ventus et implebat gelida salsugine barbam.
\pard\sl312\slmult0 Tempus erat dare vela rati: veniebat hirundo.
\pard\sl312\slmult0 Hic luteas ad tecta domos fingebat hirundo,
illinc e placido prodibat navita portu:
atque hic garrulitas subgrundas rauca lacessit,
hinc evanescit tranquilla per alta celeusma.
\pard\sl312\slmult0 Detinet ille oculis abeuntes litore naves.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Mox ingens ad se Cilicis vocat ora triremis
\pard\sl312\slmult0 remorum pellens acquo certamine pontum.
Obtutu rostrum sensim gliscentis in undis
excipit ille, diu defixus, nec videt amens
\pard\sl312\slmult0 Vergilium iuxta summo consistere colle.
\pard\sl312\slmult0 Vergilio paulo ante, domi non esse videnti,
\pard\sl312\slmult0 vicinus, segetes dum sarrit, dixerat: «Illic
(sarculus ostendit montem) lupus, ut solet, errat».
At nil respondens monti subrepere vates.
\pard\sl312\slmult0 Attulerat nuper signatas urbe tabellas
\pard\sl312\slmult0 cursor. Dicebant: *Maecenas Vergilio. Scis*
*me desiderio tum Caesaris oblanguere,*

*tum, fugitive, tui. Iamiam venit ille; venito*
*et tu, si me amas. Belle recitabis utrique,*
\pard\sl312\slmult0 *qua tu voce vales atque ore, Georgica. Melli*
\pard\sl312\slmult0 *hoc erit. Aenean mox cantu ad litora duces*
*nostra. Vale*. Simul haec sublegit: «Iam mihi», fatur
«horte, vale: flores mihi iam caulesque valete.
Rorabunt alii putres aspergine porcas,
\pard\sl312\slmult0 et facient nitidas ex rubro vere corollas!»
\pard\sl312\slmult0 Interea egressum ducebat semita vatem
\pard\sl312\slmult0 ipsa domum Cilicis. Simul haec iaciebat in auras:
«Vela traham puppimque ad litus fune ligabo:
scilicet in portu lateam. Portune? Quid aeger


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 dixi? Nunc adeo vastum maris aequor arandum!

\pard\sl312\slmult0 Aeneae cursum Latias tendentis ad oras

quis dicat, nisi qui patientem dixit Ulixen?

dein et bella canam? mox tentem pastor Achillem?

Non ego. Deductum filo dic, Tityre, cantum».

\pard\sl312\slmult0 Venerat ad casulam. Monitus conscendere montem

\pard\sl312\slmult0 incipit: erepit: iam sensim prospicit infra

caeruleum late labi mare. Lintea longe

omnia collucent, series velut alba larorum.

"Litus ama" vates ait. Ecce in vertice montis

\pard\sl312\slmult0 attonitum Cilicem videt, atque accedit et infit:

\pard\sl312\slmult0 «Ipse ego vela, Cilix, iubeor nunc pandere». «Felix!»

horti respondet cultor. Miratur et addit

Vergilius: «Quid? Tu linquas hunc iussus agellum?»

Ille autem subito: «Veteri me redde paroni!

\pard\sl312\slmult0 Quam lauto mihi terra urbesque agrique recedent!

\pard\sl312\slmult0 Tu laudas flores: florent mihi sidera caeli,

aureoli quorum calyces de nocte dehiscunt.

Tuque et aves et apes: resonant mihi dulce rudentes.

O felix iuvenis, velo ventoque fereris!

\pard\sl312\slmult0 Inficiere oculos caelique marisque colore!

\pard\sl312\slmult0 Nil vita est nisi quam salvam tibi reddidit Auster!

I: quodsi obruerint medio maris aequore venti,

cernere si detur tantum, nec tangere, terram...»

Demisit lacrimas, nihil insuper addere passus,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 amplexuque senex tenuit pirata poetam.

\pard\sl312\slmult0 Qui «TENTANDA VIA EST» rediens aiebat, et ultro

\pard\sl312\slmult0 praeteriit pingues hortos aliisque reliquit.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0SOSII FRATRES
BIBLIOPOLAE

I

\pard\sl312\slmult0 VERE NOVO... sonuit domino dictante taberna
interior: librarioli data verba sedentes
figebant calamis, et in albis nigra serebant
membranis, fragili quodam cum murmure sulci.
\pard\sl312\slmult0 Nempe liber putrem glebam taurumque gementem
\pard\sl312\slmult0 et scissam nitido narrabat vomere terram.
Hos ex atriolo promebat clara labores
in tacitam vox illa viam: nihil ipsa sonabat
argiletanae celebratior umbra tabernae.

\pard\sl312\slmult0 Unus erat sed enim vacua sive emptor in umbra
\pard\sl312\slmult0 seu potius, vetulus tentoque abdomine, sessor,
aures qui voci dictantis dederet, idem
volveret indignabundus quandoque volumen.
Nec tamen hinc aberat doctae pater ipse tabernae:
\pard\sl312\slmult0 hic libri fuco bullas et rite linebat
\pard\sl312\slmult0 lora novi, nec non aequabat pumice frontes.
Ad postes sonitum captabat carminis aure
admota, quamvis aliud simularet agentem,
adstans nescioquis, comis mundusque videri,
\pard\sl312\slmult0 sed qui nescioquid peregrinum civis oleret.
\pard\sl312\slmult0 Hic, ut erat Romae tum passim cernere multos,

devicta quibus Aegypto post funera
Caesar tanta superstitibus reserasset civibus urbem,
ambierat primo plateas et compita mane,
\pard\sl312\slmult0 atque hortos aedesque novas et templa refecta,
\pard\sl312\slmult0 omnes tonstrinas, medicinas, scruta, libellos,
mirabundus, et inde foro reptare relicto
maluit in solo vico per tecta domorum
muto pulla situ, variataque limina musco.
\pard\sl312\slmult0 Sic quidvis meditans parvam stetit ante tabernam
\pard\sl312\slmult0 quae SOSIOS FRATRES referebat BIBLIOPOLAS
ipsa fronte, notis insignia nomina rubris.

\pard\sl312\slmult
0

II



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tum qui perstrictas lituis et cornibus aures
\pard\sl312\slmult0 et sentiret adhuc oculos a caede recentes,
\pard\sl312\slmult0 quem mare, quem bellum modo dimisisset anhelum
\pard\sl312\slmult0 exesus sibi longarum languore viarum
nunc animi novus ignoto sub carmine pendet,
ecce boves et prata videt desuetus, et audit
quassantes siliquas et aquas de rupe cadentes.
\pard\sl312\slmult0 Nec tamen interea cessat spectare libellos
\pard\sl312\slmult0 prostantes, multoque inscriptam nomine pilam:
cum stupet unius defixus in indice libri:
nempe legit QUINTI, vix et sibi credit, HORATI


\pard\sl312\slmult0

FLACCI SERMONES. Ex capsa tollit, et intrat
\pard\sl312\slmult0 empturus curtum nec obeso ventre volumen,
\pard\sl312\slmult0 atque ignarus adit, ut fit plerumque, sedentem
ille senem, librumque oculis supponit, et addit:
«Hic quanti liber est?» «Nihil est: si consulis», inquit
«quod facis imprudens, vatem de vate: nec aequus
\pard\sl312\slmult0 de fabro statuit faber aut de paupere pauper,
\pard\sl312\slmult0 nec de quo percontaris, cave, Furius hic quem
percontaris». «Ain? Sed in his peregrinus et hospes
sum vere studiis et in his, ignosce, tabernis.
Si tamen es, quem iam reor, ille Bibaculus, huius

\pard\sl312\slmult0 in castris audire iocos de Caesare ...» «St! nec

\pard\sl312\slmult0 istorum quemquam iam nec meminisse iuvat me.

Praeterea, veteresque cadunt ex arbore frondes

vere novo, frondesque novae nascuntur et ipsae

aevo peiores et tempestate futurae:

\pard\sl312\slmult0 ut multi nunc sunt, geniti velut imbre, poetae -

\pard\sl312\slmult0 hospes, boletos et dixi paene rubetas,

quotquot humo, quales in pulvere suscitat imber -

qui sunt, quod fuimus: quod nunc simus, fore se mox

phy! negitant: meus ut popularis Parthenias, qui

\pard\sl312\slmult0 hordea, tritica, farra docet resonare tabernam:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ut, cuius nummis hunc vis mutare libellum,

Flaccidus, aut illum quo dicam nomine?» «Flaccum:

sed satis in Flacco, dicebat ut ipse, viri ...» «St!

eccum, quo ferulam didicit tuus iste magistro,

\pard\sl312\slmult0 Orbilium Beneventanum, nec carmina vates.

\pard\sl312\slmult0 Percontare senem». Nec fatus plura resumptum

explicat et dedignatur quandoque volumen.

\pard\sl312\slmult
0

III

\pard\sl312\slmult0

Innixus baculo iam stabat limine quidam

\pard\sl312\slmult0 in trito, macer et procerus et obsitus aevo,

\pard\sl312\slmult0 et varis equitem confessus cruribus, et qui
\pard\sl312\slmult0 fronte, supercilio, pannis, squalore pateret
grammaticus. Trepido qui quassans tempora motu
usque videbatur scitari num quid egenti
decrepitoque novi morituroque esset in horam.
\pard\sl312\slmult0 Hunc - auditus enim nuper sermunculus aures
\pard\sl312\slmult0 commorat multusque senis liventis amaror -
hospes ita adloquitur: «Pater, hunc si forte poetam
novisti, quanti facias, age, fare libellum,
et vatem quanti: veniamque a milite tiro
\pard\sl312\slmult0 impetret, a docto docilis». Vix ille libellum
\pard\sl312\slmult0 adspexit, cum praefracte: «Lucilius unus


\pard\sl312\slmult0

unicus esto» inquit «saturarum scriptor». «At idem
durior, hoc me ipsum testor, componere versus».
Ista superveniens aliquis grandi gravis ore
\pard\sl312\slmult0 edicit, nec inops visu minus aut minus acer.
\pard\sl312\slmult0 Cui «Quid agis, mi docte Cato? bene?» Furius:
«ipsum Lucili versus ait emendare malos te
Hermogenes: veren?» «Vere». Siluere. Sedebant
tristes ore senes: tacitaque serebat in umbra
\pard\sl312\slmult0 vox levis illa bonum, dum pendent nubila, linum.
\pard\sl312\slmult0 Orbilius tandem: «Lysippi signa refingit
remex: cavit enim Marcellus, sive alius quis ...»
«Mummius»; Orbilio, dum nominis immemor haeret,

\pard\sl312\slmult0

ecce Cato respondet: «abi, dictare potes iam

\pard\sl312\slmult0 Livi scripta senis, tam polles mente vigesque».

\pard\sl312\slmult0 «Sane sex et abhinc mercari me piper annis

commemini Phoenice tuo, nisi fallor, amictum,

seu Glauco ...» «Nostri, baro, Dictynna ...» «Fateris».

«Fors illos hodie poteris curare caballos ...»

\pard\sl312\slmult0 «Quid certem tibi, qui facias nunc, sole, poetas?»

\pard\sl312\slmult0 «cum valeas ferulam tremulae minus addere dextrae».

«quin tibi cognomen Latiae fecere ... Charybdi ...»

«Grammaticam doceas oblitus nominis artem?»

«Atqui defecisse ferunt te solvere nomen».

\pard\sl312\slmult0 His dictis abeunt diversi, multa frementes
\pard\sl312\slmult0 canaque continuo quatientes tempora motu.

\pard\sl312\slmult 0

IV

\pard\sl312\slmult0 Quos his prosequeris, Furi, de limine verbis:
\pard\sl312\slmult0 «O miseros! alter sub culmis angitur, alter
sub tegulis moritur: summique fuere magistri.
\pard\sl312\slmult0 Alterius carum nuper vendebat agellum
\pard\sl312\slmult0 creditor: ex parvo vetulus nunc victitat horto
cauliculis senis, binis fortasse racemis:
alter litterulas oblitus praeterit ipsam

interdum crebroque senex, ut cetera, cenam.

\pard\sl312\slmult0 O miseros» abiens aiebat: «nil mihi donet

\pard\sl312\slmult0 posteritas, quin et contemnat: nil moror ipse,

dum miserum discat modo, me miserante, Catonem».

Hic vir emax: «Hominem nigrum magis esse putaram

quam pix est et nox et mors». Sosiusque: «Quid?» inquit:

\pard\sl312\slmult0 nam gestans aderat librum modo pumice rasum:

\pard\sl312\slmult0 «in vatem saevit non ultra carmina vates».

Tunc hospes: «Quanti liber hic mihi constet?» At ille

nil respondebat, sed ibidem a limine longe

prospiciens, «Opportune mihi,» clamat «Horati



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quinte, venis: iam cerne tuum prostare libellum

\pard\sl312\slmult0 fucatum, calamistratum mundumque glabrumque,

Maecenas quos a nobis exposcit iambos».

Ille venit passu sedato, leniter intra

obtutum ridens Sosio procul, et «Mihi gratum

\pard\sl312\slmult0 fecisti: salve, mi Luci: rure venimus:

\pard\sl312\slmult0 ut frater valet?» «Est intus: concede: Maronis

ipse tui Marcus peragenda Georgica curat:

exaudire licet». «Bene narras: quod magis optem

est nihil: hoc umquam si aliud, tribuere Camenae

\pard\sl312\slmult0 Vergilio nostro, multos quod vivat in annos,

\pard\sl312\slmult0 carmen. At occurrit mihi nuper Furius: ecquem



\pard\sl312\slmult0

Alpinus iugulaturus, iam Memnone caeso?
Fervebat». Totaque, haec inter, mente loquentem
hospes prosequitur, nec hiantes torquet ab illo
\pard\sl312\slmult0 umquam oculos: donec subito «Mi Quinte, memento!»
\pard\sl312\slmult0 exclamat. Quintus subito pallescere, deinde
dispicere atque haerere, et mox accedere, mox et
amplecti. «Tandem video: quis, care sodalis
Pompei, quis amicorum mihi prime, Quiritem
\pard\sl312\slmult0 caelo nunc italo te reddidit et patriis dis?»

\pard\sl312\slmult
0

V



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Dulces complexus, Sosio mirante, fuerunt

\pard\sl312\slmult0 et lacrimae dulces: nam quae iam multa tulissent,

temptabant animos, mare saevum, dura viarum,

sub diu gravis aestus, hiems sub pellibus acris

\pard\sl312\slmult0 proeliaque et mixto deformia pulvere fratrum

\pard\sl312\slmult0 corpora, tum tepidae fraterno sanguine dextrae:

nec minus excerptasque rosas de saepe viarum

et calices recolunt ipsis sub pellibus haustos.

Tum varius sermo. «Modo fecit posca beatum,

\pard\sl312\slmult0 malobathro modo cenanti maduere capilli».



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Quippe Syri procul haud aberant. Hic concava caenum

excepit manus; hic pretiosa ciboria Chium».

«Qui comites!» «Rupili meministi?» «Dicis eum, quem

debuit assuctus Regem percellere Brutus?»

\pard\sl312\slmult0 «Hoc habet ista, tenes quam laeva, charta duellum».

\pard\sl312\slmult0 «Hanc illi lauro laurum praeferre reor te».

«Sub lauru cenare mea ne taedeat et mox

militia longa fessum deponere corpus».

«Nempe illas epulas nunc instaurare iuvabit,

\pard\sl312\slmult0 quas inter, memini, graecos recitare solebas

\pard\sl312\slmult0 versiculos». «Posui nugas et ludicra, Vare,

atque has grammatici vanas cuiuslibet artes:

namque aliud longe est quod nunc molimur inermes,



\pard\sl312\slmult0

maius opus bello, reor, et fulgentibus armis,
\pard\sl312\slmult0 nec quod iam tantum digito modulemur et aure.
\pard\sl312\slmult0 Nos huic quo tellus tepet, huic nos quo mare tabet,
demimus effuso gravius fervere cruori.
Quid cum grammatico nobis? Stridentia consul
limina portarum reserat: nos claudimus ipsi
\pard\sl312\slmult0 ipso maiores augusto consule Ianum.
\pard\sl312\slmult0 Me pavidum medius pacis bellique per hostes
sustulit et saepsit nebula tutumque reduxit
Mercurius: virgamque suam dedit ipse poetae».
Conticuere viri, namque illis horrida clades
\pard\sl312\slmult0 obversabatur, saevarumque aera tubarum


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 et furor et lati fumantes sanguine campi:
cum clare sonuit, Marco dictante, taberna
verbis interior: PARIBUS CONCURRERE TELIS
ROMANAS ACIES ITERUM VIDERE PHILIPPI.
\pard\sl312\slmult0 «Audin?» Pompeio fremit «audin?» Flaccus ad aurem.
\pard\sl312\slmult0 Iamque ubi clamor erat gemitusque et sanguis et imber
ferreus atque equitum tantus peditumque tumultus,
mirantur lentis incedere bubus aratrum
et galea rastrum leviter tinnire repulsum.
\pard\sl312\slmult0 DI PATRII ... lacrimis exclamat Flaccus obortis:
\pard\sl312\slmult0 «Di, precor, in propriis duros defendite sulcis
agricolas, ab equoque boves et ab ense ligones.

Di, facite ut saturare fimo, non sanguine, terram,
utque velint homines frumentum quaerere sulco,
\pard\sl312\slmult0 non aurum melius subter tellure sepultum.
\pard\sl312\slmult0 Sit modus et requies et amor: parvoque beati
vivant mortales, et si quid desit, at absit
id conscire sibi, sibi quod produxerit agrum
terminus adfini de paupertate revulsus».
\pard\sl312\slmult0
\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0VEIANIUS

\pard\sl312\slmult0

Veianius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro.

HOR. *Epist*. I 1, 4.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Mane coronatos aestivo flore penates

halantemque rosis visit viridemque marino



\pard\sl312\slmult0

rore focum, mundamque domum miratur, ut omnis
splendeat assiduo purgata labore supellex;
\pard\sl312\slmult0 et placare lares pingui Veianius agna
\pard\sl312\slmult0 atque mola salsa properat: tum mica corusca
dissilit aut prunae crepitans ardore voratur,
tum reliquos nidor pervincit lentus odores.
Namque anno redeunte dies hic gaudia festus
\pard\sl312\slmult0 magna refert, ex quo proprio *latet abditus agro*,
\pard\sl312\slmult0 et rude donatus tandem sibi vivere coepit,
naribus et calidi fumum abstergere cruoris.
Ergo omni adsuetus solvatur coetus opella:
sit mora, sit requies, falces et sarcula cessent,

\pard\sl312\slmult0 et redolens carpant faenum ad praesepia tauri,

\pard\sl312\slmult0 et tergum in pratis immune volutet asellus,

vosque larem, famuli, fremitu circumdate lacto,

conclusae resonent famulis epulantibus aedes:

vilica compescat clamorem, at, munus herile,

\pard\sl312\slmult0 sistra manu medius tremebunda vernula verset.

\pard\sl312\slmult0 Iam pransus late dominus sua rura pererrat,

viticulas numerat, tenues notosque racemos,

et quibus est ausus plantas immittere mali

ipse ornis, et quas cerasos eduxerit ipse.

\pard\sl312\slmult0 Tandem ubi densa suis saepes praetenditur arvis

\pard\sl312\slmult0 hirta rubo, clymeni spirans serpentis odorem,

venerata et secum tacitus modo visa recenset:

hortumque arbustumque virens et pinguis olivae

exiguos flores et lactum melle salictum.

\pard\sl312\slmult0 Hinc lentis vestita hederis tua saxa, Vacuna,

\pard\sl312\slmult0 suspicit, hinc villam candentem vertice collis,

cui pinus lato nigrescens imminet orbe.

"Quas" inquit tacitus "nugas meditaris, Horati,

aut ad lene sacri fontis caput, aut ubi pinus

\pard\sl312\slmult0 umbram consociant ramis et populus alba?

\pard\sl312\slmult0 An glebas dicam te vix et saxa movere

ilia ducentem, multo sudore madentem?

Excipit en lippum de saepe repente cachinnus

risoris Cervi: «Non ista ligonibus apta est

\pard\sl312\slmult0 dextera. Quam scit quisque libens exerceat artem».

\pard\sl312\slmult0 Huic vitae lassos te traduxere Camenae,

me ferrum et caedes: eadem miramur utrique.

Hic fremit innumeris foliorum populus umbris,

hic longo invitat somnos Digentia cantu,

\pard\sl312\slmult0 hic clymeni flores carpens apis aera bombo

\pard\sl312\slmult0 personat... " At fesso obrepit tum somnus; inertis

paulatim venas et lumina coniventis

occupat. In somnis ecce immensum ferit aures

murmur, quale premens foliis folia edere ventus,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 quale solet noctu multarum lapsus aquarum,

\pard\sl312\slmult0 aut qualem efficiunt examina densa canorem.

Panditur interea vasto circum orbe theatrum

et cunei ante oculos tunicata plebe frequentes,

atque alii scandunt fremitu scalaria mixto.

\pard\sl312\slmult0 Adsurgunt: podium ingrederis tu, maxime Caesar.

\pard\sl312\slmult0 Purpureae fulgent lento vestes incessu,

atque atros flammante sinus toga sanguine mutat.

Tum tuba signa canit: tardis Veianius errat

luminibus circurnspiciens et milia cernit

\pard\sl312\slmult0 multa in se demens oculorum fixa crepantesque

\pard\sl312\slmult0 attonitus media palmas exaudit arena.



\pard\sl312\slmult0

Ipse manu crispat nudus gladium, ipse Syro par
commissus: grandis spes omnibus una duelli est.
"Quid"? secum meditatur "an Orcus reddere discit
\pard\sl312\slmult0 exstinctas animas? nonne istum iam meus ensis
\pard\sl312\slmult0 abstulit? at coram cerno, quin torva tuentem!
Quis fuit antiqua me iterum qui inclusit arena,
desuetumque Syri gladio qui tradit et irae?
Continuo ferris cur nos pugnemus acutis?
\pard\sl312\slmult0 An populum exorem? an senior diludia poscam?
\pard\sl312\slmult0 Pugnandum est". Animos sic fatus colligit ultro:
nequiquam; horror enim laxatos concutit artus,


\pard\sl312\slmult0

poplitibus tremit infractis et bracchia pendent.
Raucisonis propter Digentia labitur undis.
\pard\sl312\slmult0 Iam Syrus aversis manibus tectisque minatur:
\pard\sl312\slmult0 ipse cavet tantum, veteris non immemor artis;
verum oculos gladii perstringit fulgor, et aures
tintinnant. Rectis etiam Syrus ictibus urget,
pondere nunc impellit, acumine nunc petit, ictus
\pard\sl312\slmult0 et simulat variatque, et nutu fallit hiantem.
\pard\sl312\slmult0 Debilis en factus nec propulsare valet iam
mucronem, et subito dum alio Syrus avocat arma,
succidit extrema frendens resupinus arena.
Conclamant omnes. - Vicinae forte cupresso

\pard\sl312\slmult0 turba loquax avium densis insederat alis.

\pard\sl312\slmult0 Sibila populeas frondes super incutit aura.

Ipse miser graviter suspirat et omnia circum

arrectis oculis manibusque micantia cernit.

Hic princeps, illic adstant longo ordine matres,

\pard\sl312\slmult0 iuxtaque adflantis pectus victoris anhelum,

\pard\sl312\slmult0 et gladio lugulum gelido crispatur hianti.

Tum digitum tollit: stant omnes pollice verso.

"Veiani" victor victi sic intonat aurem

«Veiani» ast ille expergiscitur. «Heus ita dudum

\pard\sl312\slmult0 stertendo toto pervincis rure cicadas.

\pard\sl312\slmult0 Quin surgis?» laeto haec Venusinus Horatius ore.



\pard\sl312\slmult0

«Surge, ignave:» - sed ille oculos terit, explicat artus -

«conveniunt Variam, viridisque Lucretilis omnis

agricolis tanquam formicis semita fervet,

\pard\sl312\slmult0 quos vocat ad trivium stridenti buccina cantu».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0PHIDYLE

\pard\sl312\slmult0

*Iohanni Cornelio Gerardo Boot*

*viro bono docto sapienti*

*donum dicatum.*

\pard\sl312\slmult0

Caelo supina



\pard\sl312\slmult0

s si
tuleris
manus

\pard\
sl312\slmul
t0

nascente
luna,
rustica
Phidyle...

\
p
a
r
d
\
s
l
3
1
2
\
s
l

\pard\sl312\slmult0184

\pard\sl312\slmult0

m
u
l
t
0

H
O
R
.

C
.

I
I
I

2
3
.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0185
\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 "O fons Bandusiae gelidis qui reddere rivis
et rauco visus venusinum murmure fontem,
longinquas ipso lymphas mihi nomine iussus
Bantinosque refers saltus lactumque Forentum,
\pard\sl312\slmult0 ut lassus redeo, ut video cava saxa libenter
\pard\sl312\slmult0 teque sub ilicibus qui tramite serpis opaco,
hic ducis varios vena saliente colores!
O rus, tandem ego te adspicio, tandemque licebit
dulcibus in latebris Ianoque aestuque carere.
\pard\sl312\slmult0 Pollicitus tibi, Maecenas, me quinque futurum
\pard\sl312\slmult0 rure dies, abero totidem malus, optime, menses.
Ignosces et pruna sines et corna legentem



\pard\sl312\slmult0

vadere per viridis querqueta Lucretilis aut hinc
ad putre cum chartis tribus illis repere fanum.
\pard\sl312\slmult0 Tum siqua occurram, mentem derisor Arelli
\pard\sl312\slmult0 bella canens turbem (namque aequumst scire deos qui
contingam propius) depugnantemque Phraaten;
tum teneat vacuas potantis Cervius auris
ante lares tutusque cavus cenaeque pater mus.
\pard\sl312\slmult0 O parvi salvete lares, vicinia salve,
\pard\sl312\slmult0 et mihi Bandusiae lymphae gaudete loquacis".
\pard\sl312\slmult0 Haec agitans voti reus arae destinat haedum -
\pard\sl312\slmult0 tinnibant tota iam tintinnabula valle


\pard\sl312\slmult0

et tua balatu, Digentia, ripa sonabat -
\pard\sl312\slmult0 cum pressis lippus palpebris Flaccus ab ima
\pard\sl312\slmult0 forte casa lentis gradientem passibus - urnam
inpositam capiti fulcit teres orbe lacertus -
dispicit ad fontem notae succedere formam
virginis. En properat: genibus sonat instita pulsa.
\pard\sl312\slmult0 Os pallet, qualis drupae sit pallor olivae,
\pard\sl312\slmult0 at lauri duplex imitatur pupula bacas,
labraque poeniceum diffissa cortice malum.
Sustinet et figit nigros acus aurea crinis
et geminae rident trepidantis inauribus aures.
\pard\sl312\slmult0 Quae coram ut venit solis suffusa vapore

\pard\sl312\slmult0 occidui dextrae posita dedit oscula testa,

et subridentem sic ore adfata poetam est:

\pard\sl312\slmult0 «Tandem ades o! Rectene vales? At serius. Ut te

\pard\sl312\slmult0 messores magno patrem clamore vocabant!

\pard\sl312\slmult0 Totus an invidiam trahit una ex arbore pagus

\pard\sl312\slmult0 inmeritus poenasque luit Mandela caduci

stipitis? At tandem dominus tua rura revisis

villamque atque - istum quonam tu nomine? – fontem».

Cui vates «Equidem valeo bene sumque libenter

\pard\sl312\slmult0 rure: vides hic me recte, Fircellia, salvom.

\pard\sl312\slmult0 Di te ament: quid tu? valuistine usque? Quid, ipsa

si loquitur facies? Variis tumet uva racemis



\pard\sl312\slmult0

lividaque autumnus distinxit poma rubore.

Quando igitur celebrem, Primilla, repotia tecum?»

\pard\sl312\slmult0 Erubuitque simul virgo frontemque remisit,

\pard\sl312\slmult0 atque «Apage istud!» ait: «nugaris. Qui potis? annus

est, ere, non plenus nostra ut matercula nobis

conposita est». «Aegre est animo: fuit illa pudica

inprimis iuvitque domum, pia, dedita lanae,

\pard\sl312\slmult0 frugi, quam minimum paganas usa loquaces».

\pard\sl312\slmult0 «Nunc vero... et senior pater est et parvula proles,

\pard\sl312\slmult0 unus enim valeat patri Primillus anhelos

liranti praeire boves et ducere potum

aut opus adiuvisse sua runcantis opella...



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sed cuinam tenuis domus et sit recula curae?

\pard\sl312\slmult0 Quis mihi conciliet pedibus, quis lintea purget?

Quis bene cretatam vestem mihi siccet ad auras?

possit ut elauta pater et germanulus omnis

ad Variam tunica festis prodire diebus.

\pard\sl312\slmult0 Praeterea summis digitis acus usque tenenda est.

\pard\sl312\slmult0 Nunc opus est sarto, modo suto. Trita fatiscit

paenula: consuitur. Caligae labat ansula: necto.

"Ei soror, heus virgo" conclamant "eia age, nata!"

Flare, equidem credo, simul et sorbere necesse est.

\pard\sl312\slmult0 Vix experrectae cribro quatienda farina est;

\pard\sl312\slmult0 allia pistillo rutamque apiumque teramus
ut posita modo falce senex porrectus in umbra,
cum crepitant bibuli radiis rorantia solis
prata, bonum carpat lento mihi dente moretum
\pard\sl312\slmult0 atque siliginea vescatur languidus offa,
\pard\sl312\slmult0 dum matutinas respectans ruminat herbas
taurus et assiduo canit avius ore cuculus.
At tandem rediens idem iam vespere rubro
intus odoratas rimetur naribus auras
\pard\sl312\slmult0 et cenae conpos patina mussante recumbat.
\pard\sl312\slmult0 Ne male tunc oleis careat mea mensa caducis;
quamquam non albae desunt quas orcula servat


\pard\sl312\slmult0

interior, quas et contusas mollit acetum
feniculi redolens et seminibus lentisci;
\pard\sl312\slmult0 non fici quas ipsa lego, quas ipsa repono;
\pard\sl312\slmult0 at vetulum decocta cadum prius unxit amurca.
Neu multi interdum scriblita papaveris absit,
neu festum savilla negent aut liba saporem.
Haec epulis tribuam potior sollemnibus; illa,
\pard\sl312\slmult0 plurimus in flavas si quando messor aristas
\pard\sl312\slmult0 plurimaque in stipulas cum falx inducitur, aut cum
grandia sunt trahea stridenti farra terenda:
ecastor, drupas ut tum laudamus et allec!
At festo mihi tracta die, mihi granea fumet,
\pard\sl312\slmult0 uno inhient trepidum pueri simul ore catinum.
\pard\sl312\slmult0 Nec totam pueris tamen absorbere placentam



\pard\sl312\slmult0

tum liceat: mihi tum contingat fallere pastos
frusta reponenti patris in ientaculum et aegrum
quis aliquid faciam noctu lallare puellum.
\pard\sl312\slmult0 Nec penus omne tamen cella dilabitur, ut mel,
\pard\sl312\slmult0 ut mulsum, ut pereat sal, caseus, omniaque uno
ova die: bona namque opibus bene vilica parcit.
Est, siquid festo prodegit, egere profesto».
\pard\sl312\slmult0 «Öåéäýëç!» hic aliud similis prope Flaccus agenti.
\pard\sl312\slmult0 Continuo suspexit erum Primilla nec ultra
\pard\sl312\slmult0 ausa loqui vitreis admovit fontibus urnam.
Rauca cadens resono sorbetur gurgite lympha.
Tum Quintus, «Pol» ait: «magnam curamque laboremque



\pard\sl312\slmult0

et bene moratam narras, Primilla, puellam:

\pard\sl312\slmult0 nec tu mane sedes nec vespertina quiescis».

\pard\sl312\slmult0 Respiciens virgo, «Tangis, pater» inquit «acu rem:

ad fontem mihi saepe canit cassita meanti,

et de fonte caput radit venientis hirundo.

Nec finem inponit nox intempesta labori:

\pard\sl312\slmult0 nam seros pensum trahitur dubitantis ad ignes

\pard\sl312\slmult0 luminis, et solam me territat umbra Vacunae

longaque de nigro bubonis naenia fano».

«At deus» inquit erus «facientes adiuvat: euge,

dis cordi es: pleno hinc manat tibi copia cornu.

\pard\sl312\slmult0 Nonne tibi laeto fruges effudit agellus



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ubere? nonne bonam pascit spem vinca musti?»

Vixdum sustulerat virgo urnam, ponit et «Audi,

Iuppiter,» inquit «erum!» Queritur tum multa: querentis

acre aliquod fauces atque imos temptat ocellos.

\pard\sl312\slmult0 Nam belle non esse bovi docet: idque dolere

\pard\sl312\slmult0 inprimis, oculos quod nunc avertat ab ipsa

nec patulo frondes oblatas ore capessat.

Exuvias frustra contritas anguis et herbas

vase dari, serpylla simul, simul ulpica, ligneo.

\pard\sl312\slmult0 Post uncta vestem misere deplorat in arca

\pard\sl312\slmult0 dilapsam, tineas quae paverit inscia caecas.

Quid, quod furcillas hiberno in tecta reductas
tempore, reppererit sudo modo vere labantis?
Quid, quod nunc nuper spem speca fefellerit? Eheu
\pard\sl312\slmult0 ad ventum levior iactavit vallus aristas
\pard\sl312\slmult0 et volitans risit iactantem gluma per auras.
Tum lunam incusat, simul ova silentia deflet,
ova nec illa quidem pariter nec tempore laevo
supposita, obtuso cum luna senesceret orbe;
\pard\sl312\slmult0 quae tamen heu nullum rostellum pertudit ova!
\pard\sl312\slmult0 Tum pueri morbum, frontem sudore madentem,
interdum nigro concretas sanguine naris
narrat et admotae labris fastidia pultis

et maciem et longis querulam vagitibus umbram.

\pard\sl312\slmult0 «Nunc oleis saltem parcat pendentibus aestus

\pard\sl312\slmult0 neu contundantur fecundae grandine vites!

Incassumne foco fragiles de more coronas

indidero? specae sordent iam, Manibus hornae?

Sed mihi non dero: est mihi quod nocturna paravit

\pard\sl312\slmult0 lana peculiolum; messis mihi lecta quod auxit

\pard\sl312\slmult0 divitis in sulcis - magno stetit illud - Arelli.

Ibo atque Albano mercabor monte iuvencum

quo Cerum caeso placem Cereremque Laresque».

Haec inter plena crinis oneraverat urna.

\pard\sl312\slmult0 Cum Flaccus: «Vitulus, virgo, sine crescat in herbis



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 albanis; gelidus pascat licet Algidus agnos,
tu sale pacato, tu aversos farre penates.
Non oleas aestus mordebit, grandine vites
non contundentur, parcet grave tempus alumnis,
\pard\sl312\slmult0 tu modo tolle manus luna nascente supinas».
\pard\sl312\slmult0 Iam repetit Primilla casam, iam nox tegit imam
\pard\sl312\slmult0 Usticam. Albentis summo Lucretile lunae
cornua, uti caelum tenuis si incideret unguis,
aurea praefulgent, aperit Digentia vallem
\pard\sl312\slmult0 aurea, nocte audent umbrae prodire diurnae.
\pard\sl312\slmult0 Tum vates stipulas interque mapalia reptans
aspicit ex nivea manifestam luce puellam.
Assiduo propter gemitu casa nigra sonabat.



\pard\sl312\slmult0

Illa manus intenta tenet, tenet ora sub auris

\pard\sl312\slmult0 suscipiens fusum palmis et fronte nitorem.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0REDITUS AUGUSTI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *Felici Barnabeio*

*antiquitatis nostrae litterate perito sacrum.*

\pard\sl312\slmult0 Cfr. THEOCR. XV passim, HOR. C. III 14.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «῏Ω èåïß, ὂóóïò ὄ÷ëïò. Qui quandoque extrahar? Heia,

\pard\sl312\slmult0 hoc age! formicae numeroque modoque carentes.

Quo, puer, hinc diversus? ἄíåñ ößëå, ìÞ ìå ðáôñÞñïò».

Haec modo compressis agitat labris, modo clara

\pard\sl312\slmult0 Quintus Horatius exclamat per compita voce:

\pard\sl312\slmult0 nempe Syracosias et amatum garrit Adonin,

interdum puerum castigat sollicitus, dum

festinos compescit, inertibus improbus instat:

adque forum molitur iter per plena popello

\pard\sl312\slmult0 omnia, per plateas pedibusque rotisque sonantes.

\pard\sl312\slmult0 "O me felicem" luctans aiebat in arcto

"staturae, nihilo si nostris ipse libellis



\pard\sl312\slmult0

maior eram, libet ut tibi de me scribere, Caesar
(iamnunc in sextariolo mea carmina iusso
\pard\sl312\slmult0 perlegere et triplex poteris laudare volumen!):
\pard\sl312\slmult0 iam perrepsissem. Trudit nos turba, sues ut.
At nihil est, labor aut quod non perfecerit usus,
duraque temptando ceperunt Pergama Grai.
Huc concede, puer, latus et tege. Ni datur ultra,
\pard\sl312\slmult0 huc prodisse sat est. Sistamus, ìÞ ôé ðëáíáèῇò".
\pard\sl312\slmult0 Tum circumventus vario clamore, velut si
nil prius audisset prorepens tale per urbem,
obstipuit; tamquam tacita cum nocte viator
nil praeter sonitumque pedum vocemque canentis


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 audiit ipse sui: postquam dormire sub alno

\pard\sl312\slmult0 instituit, seu dura viae grave glarea corpus

excipit (aestivum tepido stat sidere caelum);

tum fractos crepitus acredula vibrat ad aures,

et tenui locusta quatit vertigine sistrum

\pard\sl312\slmult0 et culices auras subtili murmure pungunt:

\pard\sl312\slmult0 nec cessant ranae rixis resonare paludem

nec longe latrare canes nec rumpere bufo

turgidus ignoto liquidas a caespite bullas.

Hic media clamans in turba Graeculus: «O plebs,

\pard\sl312\slmult0 non aliter Iove natus» ait, «cui pulchra Iuventas

\pard\sl312\slmult0 se iussu patris in celso sociavit Olympo



\pard\sl312\slmult0

(umbra locis maestis volitat levis: ipse superne
inter securos celebrat convivia divos);
maximus Hispana, cives, redit ultor ab ora,
\pard\sl312\slmult0 Geryonae redit armento taurisque potitus;
\pard\sl312\slmult0 tergeminumque nefas anima spoliaverat ...» «Ohe
desine, iam satis est». «Immo cum pace loquatur,
Aule propola, tua. Melli est audire disertos».
«Palliolum, credo, copam iuvat». «Hoc habet!» «Hercle,
\pard\sl312\slmult0 ante lacum furnumve rear nos esse: silete
\pard\sl312\slmult0 atque tacete: aegro quidam de Caesare narrat
nescioquid». «Vapide (iam verbo principis utor)
se princeps habet. En subito morbus furit.


\pard\sl312\slmult0

Omnes exanimi medicis instare deosque precari ...»

\pard\sl312\slmult0 «Morte quidem, cives, laurus venale ôé ÷ññìá.

\pard\sl312\slmult0 Nunc urbem repetit, petiit qui praemia laudis,

laudis avens tantum nec tantum prodigus aevi ...»

«Graeculus insanit». «Quae nunc nova turba?» «Quid istinc

truditis?» «Adveniunt matronae». «Conspice cunctas

\pard\sl312\slmult0 vittatas». «Mulierne est an dea?» «Livia». «Gaudet

\pard\sl312\slmult0 nimirum natum mox complexura tribunum».

«At soror Augusti me detinet. Ut pia!» «Matrem

Marcelli, quaeso, monstres». «Ibi Iulia (nostin?):

interior sedet huic Octavia». «Di tibi multa,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 di nato bona multa tuo». «Carum caput!» «Omnes
\pard\sl312\slmult0 unguibus insistunt visuri deinde, quod ante».
«Leniter o!» «Ne nos contundite!» «State!» «Procacis
hoc est et nimis audacis ...» «Bona, numquid ademi?»
«Ista quidem vis est». «Quidnam fert iste tumultus?»
\pard\sl312\slmult0 «Parcite» sic Flaccus ridens, «puerique puellaeque
\pard\sl312\slmult0 (heu modo vos inlata sinat vis esse puellas!)
istis (omen habent) moniti iam parcite verbis.
Quis caecos timet Augusto redeunte tumultus?
quisve mori per vim metuit te principe, Caesar?»

\pard\sl312\slmult0 Dixerat et turbam simul eluctatus abibat,

\pard\sl312\slmult0 atque aliquis «Pulchre, recte: sapit» inquit «homullus».

\pard\sl312\slmult0 Dum vespertinus redit, et simul undique turba

\pard\sl312\slmult0 (milia multa pedum resonant diversa per umbram:

ostia panduntur; deinceps dilabitur omnis

\pard\sl312\slmult0 inque suas grex quisque domos, ut hirundinis alta

\pard\sl312\slmult0 sub trabe clamosos nidus bibit ordine pullos:

cena Lares adolet, cellas et congius implet

Caesaris), hem! secum meditatur multa poeta.

"Orbi igitur iam parta quies. Plebecula cenat

\pard\sl312\slmult0 empta gravi pulmenta, modum legemque, labore.

\pard\sl312\slmult0 Haec canerent sparsi Romana caede Philippi?



\pard\sl312\slmult0

Quis non translatos alio tibi, Roma, penates
aut iam per vacuum vidisset civibus orbem
perpetuis equitare feros ululatibus hostes?
\pard\sl312\slmult0 Qui fuit ille dies! Quartum, nisi fallor, ab illo
\pard\sl312\slmult0 mox aderit lustrum, mihi nuper condidit aetas
octavum, capitique nives inspergit et acri
nescioquid glaciat sensim mihi flamine mentem.
Non sum qualis eram. Quam vellem paene per illam
\pard\sl312\slmult0 militiam reddi, calidus te consule, Plance,
\pard\sl312\slmult0 agminibus lentis properis et pellibus, armis
impiger et lituis! Verum quid sic queror, aut cur
ipsis sobrius adsisto potantibus unus?

«I, puer, atque notae refer interioris ab horreis

\pard\sl312\slmult0 Sulpiciis (cave det pro vino verba!) lagenam;

\pard\sl312\slmult0 unguentumque petas. Tarda nisi nocte tabernam

clausit, nil crassum minus et nil suavius illo est,

quod vico Scauri parat unguentarius imus.

Hunc Glycera stephanepolis prope tangit ... At hercle

\pard\sl312\slmult0 ecquid in unguentis caelebs sertisve laborem?

\pard\sl312\slmult0 quamquam o!» Tum pueri, paulum cunctatus, ad aurem

«I, puer, et pulchrae, nosti quam forte, Neaerae

dic, veniat cithara (nempe est citharistria) sumpta.

Dic, properet: compto nihil est opus. Opperiar ... Si



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ianitor aut ... attende, puer ... si ianitor aut si

\pard\sl312\slmult0 ipsa negat, noli nimius clamare: facesse».

Post secum: "Talem non est experta Neaera

illa prior; ditemque in paupertate iuventus

me caelo fulgens faciebat stella sereno.

\pard\sl312\slmult0 Nunc vero ..." «Nobis igitur negat illa?» «Negavit».

\pard\sl312\slmult0 Quid faciat? Festo cenabis solus, Horati,

\pard\sl312\slmult0 et solitas illas tecum meditabere nugas.

Nonne urguent Sosii semper maiora petentes?

Nonne librum Caesar tuus ȯãиùäÝóôåñïí optat?

\pard\sl312\slmult0 Extruitur dum cena, iubet tabulas sibi ferri

\pard\sl312\slmult0 atque aliis parat exiguum subscribere carmen.



\pard\sl312\slmult0

*Herculis* (in mentem veniunt quae multa vagantem
perculerant) *ritu modo dictus*: scriptitat: *o plebs*.
Saepe stilum vertit, scalpit caput, exarat, haeret.
\pard\sl312\slmult0 Vixdum desierat suspirans *consule* vates
\pard\sl312\slmult0 (consule quo demum vixisset!) scribere *Planco*,
ecce, fores pultare manus, dein stridere vestis
et positae paulum citharae vibrare fides et
in nodum religata comam prodire Neaera.
\pard\sl312\slmult0 «Me tibi desse meo potuisti credere vati?
\pard\sl312\slmult0 Quid muttis? istum men exhorrere capillum?
Perpetuo gaudes aetatis flore poeta».

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0ULTIMA LINEA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quid solus, sicut quondam tibi, Flacce, fuit mos,

incedis rursusque forum circumque pererras

nescio quae meditans? Ut vero canus, ut aeger,

ut mutatus ades! Quem lippum tunc fugeret nil,

\pard\sl312\slmult0 nec, dum totus es in nugis, aut scurra lateret

\pard\sl312\slmult0 laxior aut lente portans mysteria cantor,

omnia declinas passim, lacrimisque dolentes

ultro nunc oculi, quidquid tetigere, relinquunt.

Non hic quaeris, olus quanti malvaeque, nec illic



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 assistis pueris ludentibus: et planus exspes,
\pard\sl312\slmult0 dilato questu, praeter maledixit eunti,
frustraque et vafer intonuit tibi circitor aurem
et te pellexit quassam divinus ad urnam:
huic subrisisti modice, satis ipse peritus.
\pard\sl312\slmult0 Non eadem sane mens est tibi, Quinte: sed aeque
\pard\sl312\slmult0 tecum multa labris pressis agitare videris.
\pard\sl312\slmult0 "Heu! non cum zephyris et aprico flore tibi nunc
\pard\sl312\slmult0 adsum Maecenas: aquilo nunc undique frondes
decutit, et flabris tunsus Lucretilis horret.
\pard\sl312\slmult0 Una virescit adhuc interque rubentia poma,
\pard\sl312\slmult0 per nemus Usticae, flores parit arbutus albos.


\pard\sl312\slmult0

Felix cui gelidam sub mortem nascitur aestas,

dignior et lauru frontem redimire poetae!

Non me prima canens ad te deduxit hirundo,

\pard\sl312\slmult0 Maecenas. Quaedam resonabat fistula silvam

\pard\sl312\slmult0 tritaque stridebant aliquo folia arida cursu.

Faunus enim novit nonas instare decembres

iamque venit. Vatesque aberit tuus et pecus omne

ludet et in pratis pagus me absente vacabit.

\pard\sl312\slmult0 Iam, vicine, vale, Cervi! Mus rustice, gaude

\pard\sl312\slmult0 rure diu tutoque cavo tenuique patella!

Non te narrantem posthac audire licebit

dum vernaeque silent tuque omnis ab igne renides.

Neu te vestigent gladiisque insomnia tentent,

\pard\sl312\slmult0 abdite Veiani, veteremque a nare cruorem

\pard\sl312\slmult0 montanis depelle thymis et rore marino!

Inque focum frondes et flores inde Calendis,

quae supplex nascente manus ad sidera luna tollebas,

metuens virgo segetique gregique,

\pard\sl312\slmult0 at parvis nunc ipsa tuis pia mater alumnis!

\pard\sl312\slmult0 Iam nec me cernes post fanum putre, Vacuna,

dictantem. Iuvit veterum meminisse deorum.

Nos hederae similes lapsas amplectimur aedes.

Atque hinc, o fons Bandusiae, tu murmur inane

\pard\sl312\slmult0 disperges, quando frigus vocemque secuti



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 haedus perveniat subsultim, taurus oberret
aspectetque diu strepitum poturus, at absit
unus qui sciret quid sic loquereris in umbra.
Sed me Maecenas suprema voce vocavit.
\pard\sl312\slmult0 Praecessit: procul est: interdum respicit: ibo".
\pard\sl312\slmult0 Haec meditans vicos solus plateasque pererrat,
\pard\sl312\slmult0 ut quondam, sed vix ipsum se agnoscit et urbem.
Nam non foeda nigro passim magalia fumo
nec rudecta videt nec olentes pingue popinas.
\pard\sl312\slmult0 Porticus hinc solidas ostentat picta columnas:
\pard\sl312\slmult0 hic thermas stupet immensas fulgentiaque aureis
templa tholis, hic aeternum mansura theatra


\pard\sl312\slmult0

Flaccus, et interdum MAGNUM COMMUNE SIT inquit.

Iam nova de nitido florescit marmore Roma,

\pard\sl312\slmult0 usque recens Soli venerabiliorque videnda.

\pard\sl312\slmult0 Ecce autem ad Tiberim, qua profluit arctior amnis,

pervenit, et scripto miratur marmore cippum

insignem, propiorque notas hinc carpit et illinc

inque sinu gaudet: decimus nam volvitur annus

\pard\sl312\slmult0 ex quo saeclorum scries procedere coepit

\pard\sl312\slmult0 magna, novumque aevum portendit gentibus augur

augustus. Sellis positis hic rite duabus

nocturno decies undenae tempore matres

caelestem lunam ad convivia nostra vocabant:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 hic sacrum fecit capris agnisque novenis
\pard\sl312\slmult0 Augustus vobis, quae gignitis omnia, Moerae.
Tum, non illud agens, percurrit nomina Flaccus
magnorum rapidis oculis hominumque deorumque
et ludos plenamque suem pulcrosque boves et
\pard\sl312\slmult0 liba pthoesque memor, iamque in cippo legit imo,
\pard\sl312\slmult0 CARMEN COMPOSUIT ... quis? Q. HORATIUS ... " Euge!
Debuit urbs apris quondam me vate relinqui,
vateque visenda est eadem me maxima Soli.
Qui, cum civilis rabies saeviret, EAMUS!
\pard\sl312\slmult0 dixerat, hic reditum Pacis, Virtutis, Honoris,

\pard\sl312\slmult0 hic te, prisca Fides, hic te, Pudor, hic cecinit rem
romanam melius productam semper in aevum.
O felix dilatus ad haec ego! Quid queror idem?
Immo Vergilium miserer. Tu, frater, ab agris
\pard\sl312\slmult0 vidisti totis pulsos migrare colonos,
\pard\sl312\slmult0 invito patriam vidisti corde relinqui,
ultro aliam quaeri, magis est quod triste videnti,
mutarique domos et certo limite campos
exilio. Ante oculos in nigro pulvere currus
\pard\sl312\slmult0 aurigae surdi tendenti lora ruebant.
\pard\sl312\slmult0 Longius agricolae rastrum super ossa tenentes
horrebant aliquod Romae fodisse sepulcrum.


\pard\sl312\slmult0

Quid tu? Fis pastor, Publi, fis rusticus: ipse,
ipse iugo subdis tauros et vertis aratro
\pard\sl312\slmult0 desertam terram, longo seris ordine vites
\pard\sl312\slmult0 et plantas oleam non te vivente feracem.
Praeterea patrio fugientes litore cives
tu revocas, revocas linquentes arva colonos,
sicut apes, quatiens circum cava cymbala matris.
\pard\sl312\slmult0 Sed qui transieris caelo defixus et astris
\pard\sl312\slmult0 vergiliisque tuis, recinens saturnia regna,
expectans gentemque novam subolemque deorum,
non messim, sator, ipse metis, non aspicis aevum
ipse tuum! Quamquam ... num mors est ultima rerum


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 linea? Delendum est hoc. Quanto rectius illud

\pard\sl312\slmult0 NON OMNIS MORIAR! Quin pars mihi multa ... Quid? Omnis,

omnis ut es, Publi, tibi, ero mihi ego ipse superstes!"

\pard\sl312\slmult0 Nil mortale putans secum moriturus abibat,

\pard\sl312\slmult0 atque via sacra se nunc deprendit, ut olim:

\pard\sl312\slmult0 cum cuidam fronti prope frontem impegit. «Horati!»

\pard\sl312\slmult0 hinc sonat, hinc resonat tarde et dubitanter: «Aristi!»

Iunxeruntque manus. «Quid agis, dulcissime?» «Quid tu?»

«Quot soles albosve rear surrexe nigrosve

ex quo sub cultro male salsus et improbus hac me

\pard\sl312\slmult0 liquisti?» «Memini ... tricesima sabbata». «Meque



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 paene loquax consumpsit». «Ohe!» «Quid dicis?» «Ohe iam!

Nescis? Iste procax sanctas Sybaritide matres

pellicit: iste nigro destringit carmine cives.

Est eques, est dives. Iamque huic parere cohortes

\pard\sl312\slmult0 incipient, huic iam cedet provincia praedae.

\pard\sl312\slmult0 Interea vivis murenas pascit homullis ...»

«Quid narras? Annon mores renovantur, et artes

antiquae redeunt rectusque enascitur ordo? ...»

«Unde huc?» «Rure». «Diu venisti, Flacce, moratus ...».

\pard\sl312\slmult0 «Fusce, diu». «Poteram dixisse. Audi. Neque maior

\pard\sl312\slmult0 Roma fuit, credas, alio neque tempore peior ...»



\pard\sl312\slmult0

«Ergo Vergilius cecinit nova saecula frustra,

frustra ego praedixi, frustraque effata Sibylla est ...»

\pard\sl312\slmult0 Hic risit Fuscus, sed eodem tempore rugas

\pard\sl312\slmult0 suspexit Flacci mortemque in fronte cubantem.

\pard\sl312\slmult0 Tum gravior: «Dicam ... ne suggere, Credat Apella ...

credendum non sit: dicam tamen. Utor amicis

Iudaeis, ut scis. Dicunt iam tempus adesse

quo princeps pacis sancta de virgine, quo rex

\pard\sl312\slmult0 nascatur mundi. Vox per deserta locorum,

\pard\sl312\slmult0 quae iubeat sternique vias et vasa parari, auditur.

Tum mella fluent, ac pardus et haedus

pascenturque simul vituli catulique leonum.

Occidet omne malum: morietur et ipsa brevi mors ...»

\pard\sl312\slmult0 «At non me citius». «Quid ais?» «Iam nocte premi me,

\pard\sl312\slmult0 Fusce, puto. Nox est. Haec tu fortasse videbis.

Haec rebar vidisse senex ego. Vive valeque!»

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0**RES ROMANAE**

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0LAUREOLUS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *MARIAE IOANNES sorori dulcissimae.*

*Laureolo tu casta meo mea parce Diana.*

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Lucus Aricina croceum de fronde videtur

exhalare diem, subeuntque crepuscula caelo.

Iam non purpurea variat lacus aequora luce;



\pard\sl312\slmult0

Vesper opacatis tremulus nunc murmur in undis
\pard\sl312\slmult0 lene ciet; late resonant asionibus alni.
\pard\sl312\slmult0 En pia reptat anus, vetulo comitante, domumque
sub noctem redeunt. Domus est in limine silvae
et media in dumis paleae casa tecta maniplis.
«Hora subit» pia dicit anus, «qua Virbius artis
\pard\sl312\slmult0 ex hederis caput ignoti deus exserit antri
\pard\sl312\slmult0 cautus, et ingentes sensim nigrescere truncos
ac similem nebulae fumantem prospicit umbram.
Olli intus thalamus lychno cristallinus ardet
perpetuo: cubat ille dies vitamque priorem

\pard\sl312\slmult0 somniat et rapitur furiis immotus equorum.

\pard\sl312\slmult0 Assidet et lento blanditur carmine nympha

Egeria et madidam frontem solatur anhelo.

Nocte deam sequitur deus, et, cum luna renidet,

per lucum tacitis videas vestigia flammis

\pard\sl312\slmult0 gliscere et immortale potes deprendere murmur,

\pard\sl312\slmult0 quale sonant crebrae percusso marmore guttae.

Sed vagus obscurusque per interlunia lustrat

assidue silvam gemitu loca flebilis implens».

Haec memorans tecto successerat. Ecce sub ipsa

\pard\sl312\slmult0 forma casa conspecta viri. «Recludite portam

\pard\sl312\slmult0 meque» ait «hospitio miserum dapibusque iuvate».



\pard\sl312\slmult0

Forma erat humana maior, vox triste sonabat
nescioquid. Stupuere senes atque «Hospes, haveto»,
dixit anus, «concede intro» dextraque prehenso
\pard\sl312\slmult0 anteit. Apparet nigro domus illita fumo
\pard\sl312\slmult0 stellaeque a patula mediae micuere fenestra.
Hanc nactus tacitas hospes circumtulit omnes
per dumos acies perque atra silentia luci
multa agitans: clare quem iam fulgente lucerna
\pard\sl312\slmult0 haerentem ut pura videre in nocte, subinde
\pard\sl312\slmult0 quaesivere oculos oculi digitusque labellis
st ait impressus. Tandem conversus et ora

et latos pavidis umeros oculosque flagrantes,

quos silva tremulisque putes horrescere ramis,

\pard\sl312\slmult0 mirari dedit ac pharetram venantis et arcum.

\pard\sl312\slmult0 «Quisquis es» inquit anus «nostro succedere tecto

et dignate domum praesens invisere castam,

aequus ades, precor, aequus abi, de te male nunquam

si meriti, silvam veriti si laedere, vestram

\pard\sl312\slmult0 si, bone, ne ipsa quidem violavit pupula sedem».

\pard\sl312\slmult0 Sic ait et palmis orabat uterque supinis.

«Iam taceas: quid opus verbis? tibi tessera detur.

Aspicite, at visum nusquam vidisse putate».



\pard\sl312\slmult0

Haec hospes: tremuloque senex haec adicit ore:

\pard\sl312\slmult0 «Quem te, hospes (multis nam gaudes, sancte, vocari

\pard\sl312\slmult0 nominibus, quorum hoc laudas, hoc tempore temnis),

da quo nos igitur, nequis forte inscius erret

nomine...» «Scitis enim» rapidus sic hospes, et ictam

insonuit palma et tremefecit pondere mensam.

\pard\sl312\slmult0 «Vae vos ... sed moniti cautique tacenda tacete.

\pard\sl312\slmult0 Cur autem cessas nec donis sedula mensam

instruis oblito, iamdudum, mater, aventi,

quae procul in vita delectavere priore?

Nec mihi liba manus durat per inhospita silvae

\pard\sl312\slmult0 ulla nec ulla dapes mihi mollit flamma paratas».

\pard\sl312\slmult0 Nec mora: festinant. Dependens perna camino
tollitur: hinc partem resecat vetus ordine coniunx
et minuit cultro sordes ornatque patellam;
dein foliis mensam ficulnis sternit et affert
\pard\sl312\slmult0 succinctus raphanos et pocula sistit et atram
\pard\sl312\slmult0 sustinet et manibus testam vix atque genus vi.
It, redit: at properata gemens anus ignibus infert
liba foci: raucum flabellis urguet ahenum;
imperitatque viro: nunc hoc, nunc admonet illud.
\pard\sl312\slmult0 Iam fruitur dapibus, iam dulci proluit hospes
\pard\sl312\slmult0 corda mero: veniamque epulis anus orat inemptis,
mala memor coniunx apponit et impiger uvam.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Non indigna deo» satur ille ait «hospite cena
\pard\sl312\slmult0 gaudentem silvis variaque ambage beavit».
\pard\sl312\slmult0 Cui vetulus: «Macte hoc igitur, quicquid fuit, esto,
\pard\sl312\slmult0 non dedignatus mensam deus» inquit «acernam».
«Hospes, ain vero? quippe, inquam: nulla sepulcri
ara manet, nulla terra cohibebor humatus».
Sic ait, at fronti rugas obduxerat. Illi
\pard\sl312\slmult0 multa diu taciti secum tum volvere, secum
\pard\sl312\slmult0 mirari sacro perculsi corda pavore,
quod deus aeternos maereret nectaris haustus
nostraque divina traheretur fronte senectus.
Ecce hospes subito exclamans: «Age vive! quid autem?

\pard\sl312\slmult0 Nonne mihi luci securis quercubus horrent?

\pard\sl312\slmult0 nonne cavum tutis antrum me amplectitur umbris?

Et mea sunt, oculi mihi quae videre, nec ulla

lex humana tenet; non ullo fundit aratro

terra cibum, latices non ulla vinea falce.

\pard\sl312\slmult0 Conspectus nulli, similis circumvagor Euri,

\pard\sl312\slmult0 ceu Sol indeprensus et avius omnia lustro,

et nascor moriorque, alius sum semper et idem.

Si modo cornipedum liceat vitare tumultus!

si modo quis propriam supera illam luce dicaret

\pard\sl312\slmult0 usque deam, ut noctes uni mihi pulcra niteret

\pard\sl312\slmult0 et dum cuncta silent, claro penderet in antro!»



\pard\sl312\slmult0

Haec loquitur: vetuli pendent ex ore loquentis
votaque suscipiunt taciti tacitique precantur,
cum cernunt simul expallescere. Semita nempe
\pard\sl312\slmult0 et properante sonat late pede campus equorum.
\pard\sl312\slmult0 Declinant oculos, convertunt. Assidet hospes
nullus: ab obscuro lucebant sidera caelo,
mensa aliqua, mirum, patera ridebat et auro.
Ingruit ac strepitus, propius rapit ungula turmam.
\pard\sl312\slmult0 Consistunt equites: «Ehodum!» clamatur «adeste
\pard\sl312\slmult0 vidistisne ferum vultu pharetraque minacem
forte virum?» Vidisse virum negitavit uterque.
«Quo sacer ille mihi similis dilabitur undae,

avolat ut somnus tenuisque efflatur ut aura,

\pard\sl312\slmult0 Laureolus? ne illi praesto reor esse Lavernam!

\pard\sl312\slmult0 nonne expilatam dicas gaudere Dianam?

Sed mihi pileolum nequiquam publicus optem,

inveniet si aliud corvorum ventre sepulcrum!»

His dictis abeunt. Ignaro corde revertunt

\pard\sl312\slmult0 instaurantque senes epulas et vina nitenti

\pard\sl312\slmult0 de patera fundunt, te votis rite vocantes

cultorem nemorum nymphaeque potentis alumnum,

uno iam functus qui bis vir Virbius aevo

immortalis agis, divae satiatus amore.

\pard\sl312\slmult0 Et procul inde equitum strepitu cava terra resultat

\pard\sl312\slmult0 ac stupet insolitum nox intempesta sonorem.

\pard\sl312\slmult0

Vide Iuv. 8, 187; Mart. Sp. 7; Verg. Aen. 7, 761 sq.; Servium ad h. l., Ovid. Metam. 15, 543.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0IUGURTHA

\pard\
sl312\slmul
t0

\pard\sl312\
slmult0 *AD
MARIAM
SOROREM*

\pard\
sl312\slmul
t0

\pard\sl312\
slmult0
*Desine, qui
valeam
clausum
narrare
Iugurtham,*

\pard\sl312\
slmult0 *haec
dum*

\pard\sl312\slmult0240
\pard\sl312\slmult0

*describis, quaerere saepe, soror.*

\pard\sl312\slmult0 *Lux ignota viget, vivi quae corporis ossa*

\pard\sl312\slmult0 *detegit et rerum vel per opaca meat.*

\pard\sl312\slmult0 *Ignota temptant animos quoque luce poetae;*

\pard\sl312\slmult0 *nil ipsa vatem*



\pard\sl312\slmult0

*morte latere*
*potest.*

\pard\sl312\slmult0 «Hercule, quam frigent» dixit «tua balnea, Roma!»:
sensit iners mediis deorsum demissus in umbris
invenitque solum pede, luxque evanuit omnis.
Stridula compactis crepuere repagula valvis.
\pard\sl312\slmult0 At longis sonor ille diu tinnitibus aures
\pard\sl312\slmult0 perculit, ut tonitru cum nox gemit excita caelumque
in tremulas resonante polo devolvitur undas,
post ubi facta quies, aether silet; ecce sub ima
ingruit atque inopina repens immugit humo vox.
\pard\sl312\slmult0 Haud aliter longum tum regi stridere carcer


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 visus et in tenebris tacitae resonare cavernae.
Quamquam et bacchatae furor urbis et undique plausus
et clamor geminatus «io io» et pede tellus
plurima pulsa virum, simul aggere dura resultans
\pard\sl312\slmult0 ungula mugitusque boum strepitusque rotarum
\pard\sl312\slmult0 absenti miscent inferna silentia voce.
Vix tandem seque ipse memor deprendit, ut aures
indoluit laceras et bracchia laesa catenis,
agnovitque imo fremibundum corde Iugurtham.
\pard\sl312\slmult0 Flammescunt veteres obliti pectoris irae
\pard\sl312\slmult0 undique, venalisque subit Maurusius et nunc



\pard\sl312\slmult0

Gaetulam fremit ore fidem, nunc ille Quiritem,
nunc repetit fera verba Mari, nunc subdola Sullae,
aut Numidas magna compellat voce fugaces,
\pard\sl312\slmult0 aut diro sequitur Marianos omine mulos.
\pard\sl312\slmult0 Nec non et Scauros duplices et fulmina Memmi
incusat, numeratque dolos causasque retractat,
iamque iterum obsessum perimit te rursus, Adherbal.
Tum tenebrae plenae regem videre silenti:
\pard\sl312\slmult0 rex oculos circum nequiquam volvit apertos.
\pard\sl312\slmult0 Tum demum turpi cohiberi membra sepulcro
horruit et tabo dilabi viva futuro.

Obstruit ipse oculos, avidos vetat ipse videre,
ut se posse putet, velit modo: comprimit aures
\pard\sl312\slmult0 inscius et tacita surdas avertit ab umbra.
\pard\sl312\slmult0 Ut tandem vires animo revocavit, at illi
spes aliquo taetram lustrabat lumine cellam.
Enecto quid enim victori opus esse Iugurtha
crediderit? fuerat: iam terve quaterve necassent:
\pard\sl312\slmult0 quidve per ambages et longa morte tenerent?
\pard\sl312\slmult0 Hinc tenebris inhiare nigris, hinc si qua ferat fors
rimari sonitus, post secum plurima ringi
atque exauditas nulli ferus edere voces.
Mox iras gravis excepit sopor: ecce soporem

\pard\sl312\slmult0 somnosque obscuros oblivia longa secuntur.

\pard\sl312\slmult0 Adsidua quin ille dies in nocte latentes

nequiquam veteremque diu spem quaerere pergit.

Heu dum conives, animis dilapsa vagantis,

nunc oculos caeci volitans eludit apertos!

\pard\sl312\slmult0 Sed iam nec regnum antiquum nec sceptra nec ipsa

\pard\sl312\slmult0 iura sui patriamve cupit lucemve diei:

optat vel nigro respersum furfure panem,

vel qua vescentes Mariis captivus in armis

viderat hastatos sua per fastidia pultem.

\pard\sl312\slmult0 Dira fames vigilisque necant ieiunia ventris.

\pard\sl312\slmult0 O sibi si valvis praeberet hiantibus aegro

per rimas inserta manus vel pauperis offam,



\pard\sl312\slmult0

si fastiditam canibus demitteret escam!

Nil rapiat de luce; suas premat ore querellas,

\pard\sl312\slmult0 si licet obiecto letum vix pane morari.

\pard\sl312\slmult0 Expectat; nec mente dapes depellit inanes

longaque ieiunus celebrat convivia secum.

Auscultat: quid? nonne fores crepuere? quid? umbra

nonne micat? solidam sed noctem continuat nox.

\pard\sl312\slmult0 Ast iam nec quaerit caeco solatia ventri

\pard\sl312\slmult0 nec lucem tantum reseratis postibus optat,

non patrias optat tantum sibi redditus oras:

arma cupit, cupit arma furens; procul agmina cogit,

infrenos equites formidatasque sagittas.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quin caesis iterum Gaetulo litore turmis,
\pard\sl312\slmult0 protinus aeriis existit ab Alpibus alter
Hannibal atque urbem ferro populatur et igni.
Tum vero, ut mentem vana de caede resumpsit,
olli radebat siccas sitis arida fauces.
\pard\sl312\slmult0 Stratus humi querulam taciturna per omnia guttam
\pard\sl312\slmult0 auribus hausit iners; nec primum credere passus
obturat digitis aures avidasque moratur.
Mox sensim laxavit hians iter: ecce per umbram
putrida prorupto singultu gutta cadebat.
\pard\sl312\slmult0 Repere tum coepit, sicca si lambere lingua
\pard\sl312\slmult0 udam detur humum, si iam contingat aventi

deciduo patulas fauces supponere rori.
Reptabat genubus sonitus vestigia rauci
aure legens, tacitam quae singultata per umbram
\pard\sl312\slmult0 ducebant caecis cludebantque latebris
\pard\sl312\slmult0 exanimum: tandem labris procumbit hiulcis
aridus. Ast querulum recidens prope gutta sonabat.
Ille autem in solis positum se viderat absens
desertisque locis, nudaque iacebat harena.
\pard\sl312\slmult0 Fluxerat illi omnis siccato gutture sanguis.
\pard\sl312\slmult0 Pantheraene lacer saevo seu dente leonis,
incertum: procul obscenae baubantur hyaenae.
Nox erat an nimium praestringit lumina sidus?



\pard\sl312\slmult0

At fons haud longe querula crystallinus unda
\pard\sl312\slmult0 visus abesse. Ter ille caput conatus et aegrum
\pard\sl312\slmult0 tollere corpus humo et cubito fulcire, ter haesit.
Interea lunae quaedam surgebat imago,
quae loca suffiret nebulis et sulphure late.
Tum coram vidit virides astare columnas
\pard\sl312\slmult0 et patulo patrias agnovit vertice palmas;
\pard\sl312\slmult0 aera camelorum resonant ubi pendula collis,
udum ubi fons unda subterlabente papyros
murmur agit: notis miscentur vocibus aurae.
Tum dirae facies illum clamare volentem
\pard\sl312\slmult0 continuo cohibent; Numidis nam saeptus Hiempsal
\pard\sl312\slmult0 ipse suis, palma visus sedisse sub alta.
Ille viam rivo longam solatur et umbra

applicitus trunco; quin procubuere cameli
et Numidae circum per gramina membra dederunt.
\pard\sl312\slmult0 Quos omnes notosque viros torvosque camelos
\pard\sl312\slmult0 in se conversos et defixisse videbat
in se reflexis oculos cervicibus uno.
Unus aquam longis gelidam ducebat Hiempsal
haustibus, et nondum tacitus respexerat; at iam
\pard\sl312\slmult0 cervices flexas oculis oculosque secutus,
\pard\sl312\slmult0 vertere se coepit: subito cum gurgite palmae
corruerunt haustae; rarescunt litore formae;
nullum litus erat: notoque in carcere caecum
singultim recidens hinc illinc gutta vocabat.

\pard\sl312\slmult0 Nequiquam: vincti sunt artus compede mortis.

\pard\sl312\slmult0 Vivit dira sitis; resonant singultibus aures.

Immo age: nec prope nec procul inde tumultus equorum

ingruit: ipse fugit per inhospita tesca rapitque

verbere cornipedem; sequitur cita turma citatum.

\pard\sl312\slmult0 Arduus ille micat; volat usque volantibus illis:

\pard\sl312\slmult0 sed pigrior mutare pedes equus, atque reniti:

extremum sistit saxeo compar ostento.

Tum properare pedes; tum ferrum stridere; clamat;

et lucem rapit atque eliso gutture linquit.

\pard\sl312\slmult0 «Ten mihi sex vixisse dies?» ita servus, et angit:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Durus eras,» inquit «sed durior, Hercule, Roma est».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0GLADIATORES

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Transierat montes, tumidos tranaverat amnes
Spartacus effusumque agmen servique veruti
vere novo – tacitus fastigia candor habebat
omnia, sed tenero gemmabant germine silvae –
\pard\sl312\slmult0 illi ad praeruptas aegre nunc repere cautes,
\pard\sl312\slmult0 nunc ex angusto per aperta effervere saltu
et vallem vario trepidam turbare tumultu,
tum formidatos intra vanescere lucos
ac tritu crepitare pedum folla arida circum.
\pard\sl312\slmult0 Iamque propinquabant extremis ordine clivis



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Lucanis, latisque tuis, Apulia, fundis –

montibus occiduus iam sol adflaverat aurum:

a pedibus tenuata magis fugiebat euntum

umbra, refulgebant in celso vertice silvae –

\pard\sl312\slmult0 cum subito primi speculis et colle potiti

\pard\sl312\slmult0 deriguere. Aliae atque aliae iuga summa catervae

adscensu superant: oculos stupor omnibus urguet.

Namque in conspectu per clivos longa per arva

ordinibus densis acies a sole renidet

\pard\sl312\slmult0 romana innixusque hirtis exercitus hastis.

\pard\sl312\slmult0 Pilatae saepes et murus aeneus obstat.

\pard\sl312\slmult0 Hinc illinc glomerantur equi fodiuntque sonantem

tellurem pedibus, tremulum et procul auribus hinnitum

adrectis tollunt ad equos in culmine visos.

\pard\sl312\slmult0 At medium peditum robur solidique manipli,

\pard\sl312\slmult0 ut paribus quincunx colluceat intervallis.

Signa notis fluitant, apri taurique lupique

atque aquilas inter saevas saevasque secures

auro et sanguine a procul ardet luce sagi dux.

\pard\sl312\slmult0 Prospiciunt servi, vibrant clamoribus auras.

\pard\sl312\slmult0 Ut cum forte leo lustrat deserta sub astris:

namque sub occasum a specula despexerat alta,

pergentem longo per harenas ordine turmam,

aut Numidas nudos aut cirratos Garamantas:

\pard\sl312\slmult0 vidit, at in solo Sphingis de more iacebat

\pard\sl312\slmult0 vertice; nunc sequitur nocturnus equosque camelosque

et praedam meditans cauda iam terga flagellat;

cum subitum exoritur iubar, ille repente resultat.

In tutis dormit flammis vallata caterva,

\pard\sl312\slmult0 dum pernox rudit, et caecae tremuere tenebrae.

\pard\sl312\slmult0 Interea cedens radios sol colligit et iam

\pard\sl312\slmult0 eximit ex oculis galeas et martia pila.

Una effulget adhuc rutilantisque evomit ignes

in mediis aquila agminibus. Sic dira cometae



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 flamma super tacitum camporum fulgurat aequor.

\pard\sl312\slmult0 At iuga compleri deinceps adversa videres

Thracibus et sensim rubro subtexta vapore

exstare, et propius nigras accedere formas

horrendorum hominum. Tela illi et bracchia iactant

\pard\sl312\slmult0 sanguineo caligantes a lumine solis.

\pard\sl312\slmult0 Omnia nox tandem sublustri condidit umbra.

Ducebat vigilem in tenebris custodia noctem

servorum passimque iacent et multa volutant

mentibus: hunc torquet rabies, hic pallida morte

\pard\sl312\slmult0 ora gerit iam iam fata impendentia gustans.

\pard\sl312\slmult0 'I'res simul in celsa custodes rupe fuerunt



\pard\sl312\slmult0

forte viri. Foliis instrata est terra cubile.
Hinc capita exsertant, oculis atque omnia lustrant,
anfractusque umbramque cavam tenebrasque silentis,
\pard\sl312\slmult0 et castra adsidue facibus lustrata coruscis.
\pard\sl312\slmult0 «Eia agite» ex illis loquitur, vocemque remisit
\pard\sl312\slmult0 horrendam, puncto gladiator sanguine pictus –
olli ingens vultum rictus supereminet ursi
atque ursum, infandum, credas audire gementem –
«non aliae similique vices sint more tuendae:
\pard\sl312\slmult0 sanguine cras atro tandem satiabimus enses,
\pard\sl312\slmult0 cras moriemur» ait. «Quotiens e montibus altis
vidimus auratae surgentia cornua lunae,



\pard\sl312\slmult0

ex quo me, dulce est meminisse, Vesevus et acrem

mons turmam excepit perfracto scilicet illo

\pard\sl312\slmult0 quem memorant ludo. At tu, dure lanista, iacebas

\pard\sl312\slmult0 fusus humi, multa fixus praecordia morte.

Ut te singultantem ulti conspeximus, ut te

purpureos laeti fluctus animamque vomentem!

Nos dumi gelidaeque feros habuere cavernae.

\pard\sl312\slmult0 Tunc animas iterum iuvit sumpsisse redemptas

\pard\sl312\slmult0 utque lupos silvis et libertate potiri.

Sed nares teter noctesque diesque cruoris

sollicitabat odor. Rubro dea lumine Bendys

insinuans tacitum nemorum per septa calorem



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ad caedem Ciconas Bessosque adque arma vocabat.

\pard\sl312\slmult0 Nec non saepe fugacem oculis somnum abstulit ingens

vox nobis audita soli penetralibus imis,

aridus et subito fragor et tremuli ululatus.

Tympana pulsa tonant, retonant cava cymbala circum

\pard\sl312\slmult0 mugitusque interdum auditur et ira leonum.

\pard\sl312\slmult0 Tu celebras, dea saeva Cotys, tu saxa, Sabazi,

montis inaccessi: vobis locus ille remugit.

Quin etiam mons ipse deus; namque intremere omnem

sensimus aut acri temptantem sulphure nares

\pard\sl312\slmult0 exhalare leves nebulas atque addere vires

\pard\sl312\slmult0 viribus. Ast aditus montis Glaber obsidet omnis

scilicet atque fames necat improba mirmillones.

Nox erat et toto deus ille cacumine nutans

increpitare viros fremituque lacessere caeco.

\pard\sl312\slmult0 "Ite" videbatur deus inspirare "ferite,

\pard\sl312\slmult0 caedite". Mox velut indignans et nostra recusans

pondera proiecit. Tum nos per lubrica montis

labimur et recta ferimur petimusque quieta

\pard\sl312\slmult0 castra. Sat hic credo gladios hausisse cruoris.

\pard\sl312\slmult0 Acrior hinc vis exagitat rapuitque furentis:

urguet enim nutu fremituque Sabazius inter

arma deus turbamque interque incendia visus.

Ipse deum, quotiens fumantia nocte per umbras



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 moenia respexi procul effulgentiaque igni,

\pard\sl312\slmult0 caeruleis medium vidi serpentibus arces

caedere et inmensae tabulata exscindere turris.

O noctes et vina deum. Discumbere pictis

conlibuit lectis auro gemmaque bibenti.

\pard\sl312\slmult0 Tunc arsere faces dum de laquearibus altis

\pard\sl312\slmult0 haud visum genus ante virum stupet aurea lampas

pellitosque toris umeros hirtosque galeros

et nitidas murrhas et odoriferos alabastros

mucronumque minas. Ibi nos absumere Mysi

\pard\sl312\slmult0 conscia vina maris certatim et Caecuba et omne

\pard\sl312\slmult0 cellarum decus et centum servata Falerna



\pard\sl312\slmult0

clavibus et Thasium potare et amystide Chium.

Amphora nulla vagos usquam neque testa fefellit.

"Heus here, cinge caput nobis et crura corollis".

\pard\sl312\slmult0 Exoritur clamor, dominus dum corpore reptans

\pard\sl312\slmult0 incurvo mirisque modis vepallidus ora

ad gladiatorum talos provolvitur, euoe!

Quin, Romane, pedes syrio nunc sedulus unguis

malobathro longae lassis caedisque viaeque?

\pard\sl312\slmult0 Haec inluxerunt bona Saturnalia servis.

\pard\sl312\slmult0 Ad cyathum gnatos unctis de more capillis

adspicis esse tuos. O terque quaterque beata



\pard\sl312\slmult0

uxor quae fuerit pretiosis piscibus esca
ipsa suis. Cessas? Cenantibus atria mavis
\pard\sl312\slmult0 constrictus servare Lacon fera colla catena?
\pard\sl312\slmult0 Atqui tu tibi et esse canes et vulturis offam
muraenisque epulas homines, Romane, iubebas
ignorans ecquid veheretur vespere sero.
Parcere sic victis mos est tuus. Esto. Redemptas
\pard\sl312\slmult0 legibus his animas in mutua vulnera servas
\pard\sl312\slmult0 inque uncum tristemque tubam et spoliaria dira.
Foeda situ tenuit longas nos cellula noctes
corporaque inmeritis aluit devota sagina.
In tua verba simul misere iuravimus: uri,
\pard\sl312\slmult0 vinciri, caedi. Sit nobis aequa potestas;


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nos aeque ad gladium servemus iure Quirites.

Edidimus munus, placantes sanguine divos.

Quo clamore viros, iussos pugnare, superbos

excipimus! "Cives, praeludite! tela per auras

\pard\sl312\slmult0 conicite! haec fieri mandat sibi funera princeps".

\pard\sl312\slmult0 Stabant obtutu tacito totosque pererrant

adversos oculis fratres et pectora nota.

Nos fremere. Hic ferrum exacuit, rotat ille flagella

laminaque ignescit flammis et saxa parantur.

\pard\sl312\slmult0 Undique mors furit. Excusso quandoque veterno

\pard\sl312\slmult0 ecce ruunt strictis gladiis in volnera, iamque

"Hoc habet" ingeminat laeto clamore theatrum



\pard\sl312\slmult0

et "Repete" inmites animo nos addimus uno.

Quin etiam posito certamus pignore, et alter,

\pard\sl312\slmult0 Galle, tibi, pernix, alter tibi, fuscina, favit.

\pard\sl312\slmult0 Quod si quis digitum exsereret, nos pollice mortem

iussimus infesti ferro exsorbere recepto.

Denique nil aliud quam foeda cadavera circum

vidimus et nigro concretam sanguine terram.

\pard\sl312\slmult0 At flagrat rogus et medius diverberat umbras».

\pard\sl312\slmult0 Bis vigil adversis dederat iam bucina signum

\pard\sl312\slmult0 castris, multa movens, simul ipsa silentia terrens;

tertiaque acre fero cecinere vetantia somnum

cornua, declinant tacito cum sidera cursu.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tum custos alius tristi sic pectore fatur
\pard\sl312\slmult0 attollens frontem niveam flavumque capillum –
huic umeros vestis latos virgata tegebat;
gaesa iacent iuxta; collum subnectitur auro –
«Sic me Teutates patrium deducat ad amnem
\pard\sl312\slmult0 et patriam silvam oblitum, Thraex dure, viarum,
\pard\sl312\slmult0 ut nuper velut in somnis adstare videbam
illam quam iusta cum dote spoponderat ipse
rite mihi genitor druidis quoque testibus usus.
Flava comam zephyris diffusam, nuda lacertos
\pard\sl312\slmult0 caeruleos oculos lacrimis inplebat amaris

\pard\sl312\slmult0 multa loquens. Vox nulla meas veniebat ad aures.

Heu miseram, quae forte iugum conscendere notum

saepe sub aeriae cantum consuerit alaudae

perque pigras nebulas partes intendat in omnis

\pard\sl312\slmult0 prospiciens oculorum aciem si longius usquam

\pard\sl312\slmult0 turba sonante vias equitum pede tundat in arvis

atque hic, ambactis multis comitantibus, auro

nobilis et phaleris, manifesto in lumine constet,

quem vix inmemorem arguerat, iam luget ademptum,

\pard\sl312\slmult0 quem vero ... o utinam numquam rapuisset ad arma

\pard\sl312\slmult0 vox illa et celeri rumor velocior Euro!



\pard\sl312\slmult0

Forte ferae prima vestigia luce secutus,

cum iam sol animam medio intercluderet aestu,

in silva multo madidus sudore sedebam.

\pard\sl312\slmult0 Propter anhelabat lingua pendente molossus.

\pard\sl312\slmult0 Tum subito attoniti vox ingens perculit aures:

extremis bellum conflari finibus: omnis

Gallia subsidio porro generosa subiret,

quique bibunt Rhodanum montano flumine quique

\pard\sl312\slmult0 tardum Ararim remis subigunt latumque Garumnam

\pard\sl312\slmult0 conveniant, et qui venerantur robora silvae

Arduennae tumulosque sacros et pendula ramis

arma et qui scandunt canentia saxa Gebennas,

Arverni Senonesque feri gnavique Cadurci
\pard\sl312\slmult0 Aulercique Auscique ruant et Osismia pubes
\pard\sl312\slmult0 quos contra Oceani ex alto sese incitat aestus.
Rumorem excipio vigil exceptumque remitto;
atque adeo vox illa volat sublimis, et auras
saeva secat: valles lapsu defertur ad imas,
\pard\sl312\slmult0 protenus inque altas pinnis sese adlevat arces.
\pard\sl312\slmult0 Hic terram vertens excepit bobus arator
imperium volucre et stiva manus haesit arantis;
illic dum viridi pecudes in gramine servat
upilio, et subito exclamans perterruit haedos.
\pard\sl312\slmult0 Aurea tum druidis rapidus speculantibus astra

\pard\sl312\slmult0 nuncius occurrit, tum sero pensa trahentes
tempore conripuit gelido terrore puellas.
Interdum lucos volitans pervadit opacos
atque repercussas ingenti robore voces
\pard\sl312\slmult0 ingeminant piceae traduntque emittere taxis:
\pard\sl312\slmult0 interdum superat ripas et flumina saltu.
Sic ex concretis glacieque rigentibus alte
Alpibus Oceani contingit littora rumor
extrema, et freta glauca larisque albentia saxa.
\pard\sl312\slmult0 Illic Lexovii degunt subolesque Venella
\pard\sl312\slmult0 ancipitem vitam Venetique; aut robur alutis
pennatum adsueti saevis committere ventis
aut rictum spumantis equi moderare lupatis.

Horrida tempestas siquando exasperat undas
\pard\sl312\slmult0 et cumulos scopulis late resonantibus albos
\pard\sl312\slmult0 debilitat, – magis atque magis capit aestus harenas –
Nocte sati tumulos obsidunt ordine et omnes
gaesa manu crispare et equis insidere cernas
ac tempestatem iam propulsare paratos
\pard\sl312\slmult0 et mare, te in partes, Teutata obscure, vocare.
\pard\sl312\slmult0 Continuo fera turma ruit cumulosque tolutim
disicit et fusae nimbos extollit harenae,
quadrupedumque sonans iam iam quatit ungula pontum
congrediturque atris non impar fluctibus agmen.
\pard\sl312\slmult0 Attolluntur equi, perrumpunt pectore moles

\pard\sl312\slmult0 suspensas feriuntque viri simul ensibus undas.

Ast indignatus vasto plangore repellit

Oceanus: redeunt illi tumulosque recepti

obsidunt iterum minitantique ore minantur

\pard\sl312\slmult0 multa mari, quotiens fluctus ad littora volvit

\pard\sl312\slmult0 illud, certatim iacientes gaesa per auras.

Mox iterum in tumidam sese effudere procellam

miscueruntque suo venti pelagique fragorem.

Sed quid plura loquar? nos ut veneranda sacerdos

\pard\sl312\slmult0 in caligantem druidas equitesque vocarit

\pard\sl312\slmult0 quercubus et piceis lucum? ut funalibus umbras

vicerimus, croceumque sacro de robore viscum



\pard\sl312\slmult0

dispertita viris virgo concusserit arma?
Est lucus nigris piceisque et quercubus ingens
\pard\sl312\slmult0 quem campus sterilisque filix atque umida musci
\pard\sl312\slmult0 cingunt horrifica celebratum voce deorum.
Cespite ibi vivo sollemnis struximus aras
ad quas rite duos tauros mactavimus albos.
Tum querna devincta caput pia fronde sacerdos
\pard\sl312\slmult0 obscuraeque sinus pallae succincta fluentis
\pard\sl312\slmult0 Nocte satos longinqua ferox dimisit in arma.
Ast ego qui potui tantum tolerare dolorem?
Immo propter aquas fluvii tum laetus habenas
adducens, memini, sedatis gressibus ibam.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Portitor arborea labens e lintre canebat

\pard\sl312\slmult0 cui respondebam festivus ab aggere cantu.

Respicio patriumque nigra caligine lucum

fumantem exsuperant tum primum cornua lunae».

\pard\sl312\slmult0 Cantabant rauci tenebrosa per omnia galli

\pard\sl312\slmult0 ac quarto increpuit tremebundum bucina cantum.

\pard\sl312\slmult0 Tertius hic custos canum caput exserit umbra

squallidus, incanam fusus per pectora barbam

et maciem ac frontem famoso stigmate punctam

sideribus puroque dedit cognoscere caelo.

\pard\sl312\slmult0 Haec tum corde senex effundit verba profundo:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «O socii, quam triste sonant utriusque querelae!

Credo equidem, nec enim tu, Thraex, expleveris iram

nec tu, Galle, domum (melius servasse) videbis.

Heu minus ipse miser, quamvis et terga flagellis

\pard\sl312\slmult0 secta geram et scriptam fatali carmine frontem.

\pard\sl312\slmult0 Sed nec iam tumidum tristis circumtonat ira

nec gracili me voce ciet non tactilis umbra.

Ecquid enim doleat mihi mens effeta doloris?

Cui tandem irascar? Vos qui vigilatis in armis

\pard\sl312\slmult0 adversi, premitisve genu ferroque secatis

\pard\sl312\slmult0 hostem quisque suum et posito praeluditis ense



\pard\sl312\slmult0

postera sopito miscentes praelia corde,
non hostis reor esse mihi, nil morte minantis
tristius optanti nil morte beatius ipsa.
\pard\sl312\slmult0 Quid bona vos refert animis adferre malignis?
\pard\sl312\slmult0 Men iactura rogi, sublime putrescere corpus
men moveat? Veniet – mentem praesagia tangunt –
a! veniet longinqua dies cum facta parentum
esse infecta volent gnati tardique nepotes
\pard\sl312\slmult0 et frustra corvos servorum membra reposcent
\pard\sl312\slmult0 instaurativo celebrantes funera fletu.
Sic lacrimis subeam, Romane, piata futuris
supplicia et iam nunc sero per saecla petendam
dem veniam et pacem. Quamquam quis acerbius usquam


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 servitium passus? quis me vehementius optet
\pard\sl312\slmult0 quod placide meminisse licet mortalibus aevum
effluere ex animis et conscia fallere corda,
heu cum fucato puerum me corpore mango
vendidit edoctum quasdam, quem cernitis, artis?
\pard\sl312\slmult0 quid mediastinus tulerim, quod saevius ipso
\pard\sl312\slmult0 servorum imperium domino? quod conpede vinctum
et glacialis hiems et torrida laeserit aestas?
Duras nempe fores conservas iure vocavi,
nempe molam tritis distendens cingula costis
\pard\sl312\slmult0 versavi: malas cohibebant – eloquar? – oreae
\pard\sl312\slmult0 ne possent haerens attingere labra catillo

pollen et exsangui ieiunia pascere farre.
Quot bona sunt homini totidem mala facta refugi:
utile me ferrum cruciavit et ignis inussit
\pard\sl312\slmult0 et nudum oppressit gelidis aquilonibus actus
\pard\sl312\slmult0 imber et humanis cunctis iustissima tellus
contudit ipsa mihi vires victumque negavit.
Namque supercilium domini me amoverat urbe
stigmatiam et sulcis dederat scrobibusque terendum.
\pard\sl312\slmult0 Atque ibi cum tacitus nutu revocaret ab arvis
\pard\sl312\slmult0 Hesperus et nitido servorum lumine mancum
agmen agens finiret opus iam mente renatum,
lumina clementes circum transversa ferentes



\pard\sl312\slmult0

crura boves hominum stupuere sonantia ferro.
\pard\sl312\slmult0 Tum vero, ut meditans innitor multa bidenti
\pard\sl312\slmult0 pinguiaque aeger humo procul exhalantia rura
respicio et longe lateque nigrescere porcas,
"O fortunatus nimium, si findat agellum
ipse suum, sociis, aiebam, bobus, arator!
\pard\sl312\slmult0 Aureus ut lassum dimisit Vesper et ater
\pard\sl312\slmult0 pauperis invitat longiquo e culmine tecti
fumus ad urceolum et trepidantis murmur aheni,
plurima prosequitur sulcis ex omnibus illum
gratia, et adplaudit foliis tum populus albis,
\pard\sl312\slmult0 canticulumque ciet calamis quassantibus aura,

\pard\sl312\slmult0 instrepit et – Memini, memini – versatus agellus
– quod bene mi facias: quod iners multique laboris
sim, pater, ipse tibi sociisque, ignosce pudenti –".
Tum quid ego? Quotiens ingrata colentibus arva
\pard\sl312\slmult0 aeraque et terram sum detestatus et undam!
\pard\sl312\slmult0 "Quae senis impasti perfringis membra, tenaci
quae miseris gaudes cohibere bipalia creta,
nec gremio exanimos eadem levis excipis artus:
exardescat humus tristi tibi sidere, Tellus,
\pard\sl312\slmult0 robigo segetes peredat, pervincat aristas
\pard\sl312\slmult0 carduus et lolium subeat tribulique minentur:


\pard\sl312\slmult0

neu tacitum, tu Luna nitens, huic suffice rorem:

tollat ager frustra, deceptus lumine, culmos:

praeterlabentis careant aspergine cymbae:

\pard\sl312\slmult0 aut crepitante solum terat horrida verbere grando,

\pard\sl312\slmult0 aut aliqui in campos incurre Luesque Ruesque".

Tandem cum pratis fulgeret luna serenis,

me bene subduxi vinclis et in abdita fugi:

silvarum petii saltus et lustra lutosa

\pard\sl312\slmult0 observans hominum tantum per regna ferarum

\pard\sl312\slmult0 devitans hominum cautus vestigia tantum.

Quin circum ut Silae stetit inremeabilis horror,

cum iam nulla solum viventis signa referret,

nil nisi si qua notas pernicis falcula lyncis

\pard\sl312\slmult0 impressit, rostrove ferus signavit humum sus,
\pard\sl312\slmult0 saepe mei me visa pedis defixit imago
exanimem. Dentes aprorum et dira luporum
lumina nil timui rutilis exstantia flammis;
heu consanguineos in densis frondibus ungues,
\pard\sl312\slmult0 pallentis voltus vocaliaque ora pavebam.
\pard\sl312\slmult0 Et quotiens horrere lupis ululantibus auras
audieram pernox, atra formidine caecum
stare nemus, canibus tunc his custodibus esse
atria tuta mihi gaudebam et voce sequebar
\pard\sl312\slmult0 latratum procul increpitans ex ilice nigra.
\pard\sl312\slmult0 Nam fuit in mediis ilex densissima dumis.

Haec qua rugosus ramos pandebat opacos
truncus et in patulam diffundi coeperat umbram,
sedem rimanti dederat tabulataque celsa
\pard\sl312\slmult0 et viridante casam praeseptam fronde perennem.
\pard\sl312\slmult0 Hic filice instravi molli foliisque cubile
castaneae, inpositis contexto vimine tectis.
Hic demittebam securae membra quieti
haud solus. Celebre hospitium, sociata taberna est.
\pard\sl312\slmult0 Horrea namque sibi, tepidas hic fecerat aedes
\pard\sl312\slmult0 tutus ab insidiis hominum ventique sciurus
augur, ut hac foribus resonantia flamina clausis
exciperet, stipulas ulvam, sua postibus obdens


\pard\sl312\slmult0

perculsus trepido terrore repagula; at illac

\pard\sl312\slmult0 callidus exiguam laribus reserare fenestram

\pard\sl312\slmult0 dumque euri saevi sileant, dum stridulus imber

desinat, exanimi lumen praepandere genti.

Quem modo nutanti mirabar vertice ramum,

et volucrem mutare trementis ilice fagos,

\pard\sl312\slmult0 truncorum modo quadripedem per lubrica saltu

\pard\sl312\slmult0 scandere et extremae iam iamque insidere frondi.

En quadam rapit ille manu versatque volutatque

adsiduus dum dente nucem displodat acuto,

en caput argutum et cauda leve corpus obumbrat,

\pard\sl312\slmult0 Me quoque pascebant bacae et silvestria fraga

\pard\sl312\slmult0 adsuevique inopi metuens seponere brumae
fagorum glandes et dulcis amygdala nuclei:
saepius at praedas avido dabat arcus opimas
taxeus et rigida surgentes cuspide iunci.
\pard\sl312\slmult0 Parva diu telum rapidis eluserat alis
\pard\sl312\slmult0 atricapilla (comis invenit nomen ab atris
avia semper avis cantu virgulta latenti
in silvis mulcere nigris adsueta, nec illam
non credas recubantis humi pastoris avenam).
\pard\sl312\slmult0 Haec fugiens ornum totiens repetebat eandem.
\pard\sl312\slmult0 At fixi tamen observans in frondibus ipsis
hospitii. Cadit in caput illa et volvitur et iam

praedam inhians crispante manu captare videbar,
inplicuit cum ramus avem: me praeda fefellit
\pard\sl312\slmult0 pendula. Conscendo manibus genibusque, levisque
\pard\sl312\slmult0 exuvias rapio. Cum deinde attentius ipsam
inspicerern ternasque erucas ore tenentem
mirarer, prope garritus mihi perculit aures
ingens et media conspectus nidus in umbra,
\pard\sl312\slmult0 nidulus intextus villis et cortice glauco;
\pard\sl312\slmult0 unde caput pullos tris exsertare videbam
inplumis patulisque manus incessere rostris.
Paenituit subiensque vices genitricis ademptae
vermiculis alui subolem fovique rigentem.
\pard\sl312\slmult0 Parvula gens laribus parvis successit amica,

\pard\sl312\slmult0 implevitque novis garritibus atria nidus
pendulus atque uno rostella hiscentia terna
tempore, cum sineret praedis venatus onustum
exiguis remeare, manumque adferre cicadis
\pard\sl312\slmult0 raucisonis stridentem et pennigeris formicis.
\pard\sl312\slmult0 Tum tremulosque pilos numquam narisque micantis,
necubi tesserulam catus alter frangeret hospes,
non timui, donec sat avis confidere pennis
iam ratus emisique manu iussique volare
\pard\sl312\slmult0 et caelum cantu libertatemque sequentis,
\pard\sl312\slmult0 quae iam gestarent atris sua pilea plumis.
Sed cum me tenuis noctu vagitus et orba


\pard\sl312\slmult0

somnia in acria specula persaepe movebant,

nenia visa meas impellere longius aures

\pard\sl312\slmult0 oblitumque animum nota dulcedine temptat.

\pard\sl312\slmult0 Quin etiam subiit formae muliebris imago,

at non clara tamen, qualem muscosa lacunae

aequora et atra palus reddat spectantibus umbram.

Sic lacrimis coepi tandem cognoscere matrem

\pard\sl312\slmult0 et mecum tacitus, quibus illa quiesceret oris,

\pard\sl312\slmult0 quaerere, quae fata heu vita potiora tulissent.

Tum demum frustra servilibus oscula pressi

uberibus, quae haud vitali manantia vita

devotum miserans lacrimis madefecit alumnum;

\pard\sl312\slmult0 quae forsan crudelis acu, quae verbere forsan
\pard\sl312\slmult0 laeserit et matrona potens laceraverit ungui;
at vivam illa gemens prolem reminiscitur orba.
O decies miseram matrem peioraque passam,
cui proprium nostro cumulare dolore dolorem
\pard\sl312\slmult0 acciderit, quae saepe suam incusaverit alvom!
\pard\sl312\slmult0 Me vero, ut puerum, si quando exarserit ira,
tundat humum, proiecta crepundia proterat amens,
blanda manu mater, muto deleniit ore.
Omnia tum placidis oculis spectare; laborum
\pard\sl312\slmult0 communisque viae comites adsciscere cunctos;

\pard\sl312\slmult0 parcere viventi; dubiae cunabula sortis,

frondibus aut tecta, aut tremulo pendentia ramo,

mente sequi teneris metuens inplumibus auras

et pluvias rostrumque tuom, sacer ales, et ungues.

\pard\sl312\slmult0 Tum noctu vigilans videor persaepe videre

\pard\sl312\slmult0 desertos nidos timidasque audire querelas

circum per loca maesta soporiferasque tenebras,

dum placida accipiter foveat fera membra quiete;

indignans praeter temere commenta novercae

\pard\sl312\slmult0 fraternam cunctis fraudem et scelus esse cavendum.

\pard\sl312\slmult0 Namque homini lupus ater homo est, aut ira leonis,

aut et araneolus praetendens licia telae:

papilio est qui foedet apum lanugine cellas

hospitio exceptus vitietque teredine mella,

\pard\sl312\slmult0 est artes crabro debellans horridus armis.

\pard\sl312\slmult0 At cum saepe tamen tranquilla nocte sederem

et circum streperet confuso murmure silva,

dum video frondes deinceps lucescere motu

et mox suspiciens praeterlabentia miror

\pard\sl312\slmult0 sidera, tunc ipsum testatus mobile caelum,

\pard\sl312\slmult0 ut quae sic oculis aeternis omnia lustrent

astra rogo, numquid reges differre viderent

ab servo quem hominum coetu disterminet omni

excubitor lupus et voltus infamia sacri.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sidera perpetuom cursum inconcussa tenebant
\pard\sl312\slmult0 desuper atque aiunt homines se cernere nullos.
Cum vero in tenebris aeger maestusque iacerem,
rimatusque casam gelidus mihi laederet artus
rauca sonans aquilo glaciesque secaret inermem,
\pard\sl312\slmult0 cum foedam raperet tempestatem auster et ornos
\pard\sl312\slmult0 concuteret – crepitant discusso vertice quercus
et labefactatae luctantur in acre pinus –
aut cum forte nigrum caelum deduceret imber,
ignibus et crebris intenta tenebra coruscis
\pard\sl312\slmult0 arderet vallesque cavae rupesque tonarent;

\pard\sl312\slmult0 tunc homines rursus mutatus et hospita tecta

conloquiumque fidemque iterumque iterumque vocavi.

Omnia tum sociis vitae mortisque remisi.

Dixissem placidus cuivis «Mortalis, haveto»

\pard\sl312\slmult0 et cuivis scriptam posuissem ad pectora frontem.

\pard\sl312\slmult0 Ut quando pueros media inter proelia mater

rixantes pugnis et secto oppresserit ungui,

una tum solos cubitum discedere iussos

lectus ut excepit flentis animoque tumentis,

\pard\sl312\slmult0 iam falsis tenebrae vacuae terroribus inplent,

\pard\sl312\slmult0 nec iam singultant, lacrimis moderantur et irae;

mox placidis sensim pugnacia bracchia circum

dant collis et corda premunt oblita furoris».



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Dixerat et socii crebris iam motibus oris

\pard\sl312\slmult0 nutabant, nam tempus erat quo dulcior aegra

\pard\sl312\slmult0 laxat membra quies oculisque offunditur umbra.

Iam conivebat laxis cervicibus et iam

ad patriam Gallus properabat, et omnia passim

nota salutabat, fluvium silvamque virentem

\pard\sl312\slmult0 (linter aquis fertur nitidis et navita cantat),

\pard\sl312\slmult0 iam matutinis nebulis fumantia tecta

atque casam propius videt ipsam atque auribus haurit

crebrum intus sonitumque pedum matrisque laborem:

matris; at ille viam trepidans vorat; ingredientem

\pard\sl312\slmult0 deficiunt vires, simul appellare volentem
\pard\sl312\slmult0 vox frustratur; hiat patuloque eluditur amens
ore, gemensque sedet nequiquam. En ostia mater
rite ministeriis aperit ventura peractis
ad limen, iam iamque videt, iam cardine postes
\pard\sl312\slmult0 stridere ... cum somnum eripiunt et classica matrem.
\pard\sl312\slmult0 Excepere tubae sonitum, peditesque moventur;
et litui, celeresque solo rapit ungula turmas:
vexillum fluitat; mox dirus lumine quincunx
aurorae primo effulget. Concurritur. Ater
\pard\sl312\slmult0 obducit nimbo collectus pulvis utrosque,
\pard\sl312\slmult0 caecaque miscentur non divis proelia visa.


\pard\sl312\slmult0

Non aliter quando in vacuis nocturnus harenis
exoritur, Numidis longe mirantibus, ingens
innumerabilium mugitus et ira ferarum
\pard\sl312\slmult0 aut ad arundiferos humores aut ubi corpus
\pard\sl312\slmult0 porrectum est pecudis vel magna mole camelus:
horrida tum noctu miscentur proelia, quippe
nec thoes nudi nec aduncis unguibus absint
pantherae veniatque cito pede iam vaga tigris:
\pard\sl312\slmult0 in tenebris certatim omnes frendentque
\pard\sl312\slmult0 fremuntque, at procul auditur turpis latratus hyaenae:
nocte sonat tota saevarum rixa ferarum;
cum primis tetigit radiis aurora tenebras,
diffugere: tacent circum deserta locorum.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Verum hominum pugnam nox sacra diremit et umbra,
\pard\sl312\slmult0 foedamque excipiunt surgentia sidera cladem,
Hesperus et tardum Plaustrum attonitusque Bootes.
At non grata quies, at dira silentia noctis
qua tacitis querulus bubo circumvolat alis
\pard\sl312\slmult0 noctuaque invisaeque solum strigis umbra pererrat.
\pard\sl312\slmult0 Caede tepet tellus: tenebris sublustribus horrent
truncique triplicesque sudes et robora nuda,
infelix nemus ac diris vocale querelis.
Nuda fuit rupes: nudae tria rupis in ipso
\pard\sl312\slmult0 vertice ligna rigent: illinc tria corpora pendent
\pard\sl312\slmult0 cruribus effractis vi distentisque lacertis.


\pard\sl312\slmult0

Huic fervent tepido fauces prope sanguinis haustu;

ille umeris caput incanum demiserat. Ecce

exsuperat colles exilis luna supinos:

\pard\sl312\slmult0 tunc aegre Gallus flavum caput erigit atque

\pard\sl312\slmult0 circumfert oculos obtutuque inmemor haeret.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0CHELIDONISMOS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Quid censes igitur?» vix tandem pauca Neroni
exciderant haec ore: nihil muttire Thrasyllus,
sed dimetiri tacitis cuiusque tabellis
sideris et positum et spatium et componere caelum.
\pard\sl312\slmult0 Nox erat: in sola non longe rupe remotus
\pard\sl312\slmult0 unus adest magno nigrescens corpore servus.
Subiacet unda tonans et suda silentia pendent.
Hic «Teneo» secum, et paulum cunctatus in aure
«Nil istis opus est, Tiberi, iam testibus» inquit,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 et servum nutu capitis monstraverat. «Aude,

\pard\sl312\slmult0 nam nihil huic hominis praeter parere relictum est»:

Claudius haec. Numeros iterum temptare Thrasyllus

anxius et numeris intermiscere subinde

«Magnum! proferri vix quod patiatur in umbras!»

\pard\sl312\slmult0 Nil Romanus ad haec, tamquam nil scire laboret,

\pard\sl312\slmult0 conversis oculis alio, non mente: recursant

quippe animo voces occulto, carmina, signa,

et sortes et aves et puro fulgura caelo.

Nempe, Rhodi numquam prius ulli visa, volantis

\pard\sl312\slmult0 forma super scopulos aquilae, per somnia vulgi,

\pard\sl312\slmult0 exulis adsedit clangens in culmine tecti.



\pard\sl312\slmult0

Hesternoque die, dum vestes exuit, igni
comprensam tunicam subito exardescere vidit,
privatum exueret monitus sibi denique monstro
\pard\sl312\slmult0 atque hominem, iamiamque et rex et divus adiret
\pard\sl312\slmult0 quaerenti quae fons Aponi monstrasset et aureis
summa Venus talis, quae miris ignibus arae
et subita coram flammati luce Philippi,
Livia quae concors et quae Scribonius olim
\pard\sl312\slmult0 sensisset, regem puerum quandoque futurum,
\pard\sl312\slmult0 sed nullis sceptris, nullo diademate regem.
Claudius haec repetit defixa mente, seorsum
divisis oculis; vacuas nam prospicit auras
et de sidereo numquam Cratere bibentem



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Corvum: quippe vetat fatum, vetat insopor Hydra.

\pard\sl312\slmult0 «Haec summa est, Tiberi Claudi: quo nasceris» inquit

\pard\sl312\slmult0 astrologus «caelo, regnabis Caesar». At idem

illi vultus erat dubiaeque silentia frontis

et color atque oculi grandes in nocte videntes.

\pard\sl312\slmult0 Innuerat stanti tacitus fortasse ministro,

\pard\sl312\slmult0 qui propius sensim Chaldaeum venit, at ipsum

fugerat obrepens subitaque adflaverat umbra.

\pard\sl312\slmult0 Hic «Chaldaee,» Nero «mundi qui dispicis astra

\pard\sl312\slmult0 fataque de nimis occulta venientia nocte,

\pard\sl312\slmult0 dic age, quo caelo, quo natum denique fato



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 compereris te tute». Tremor quatit ossa Thrasyllo

continuo: limis furtim respectat: adest iam

servus: sub pedibus longe mare detonat imum.

Sed tremulis tandem digitis rapit ille tabellas

\pard\sl312\slmult0 et dimetitur natalis sidera caeli.

\pard\sl312\slmult0 Cum subito, quasi tum demum formidine captus

«Quid, quo compositum caelum nunc ordine cerno,

quid mihi portendit? quove in discrimine versor?

prorsus in ambiguo nunc nunc moror ipse!» Sed «Aude»

\pard\sl312\slmult0 mirabundus ait sedato Claudius ore:

\pard\sl312\slmult0 «hoc deus avertat, fuerit quodcumque, minatus».

\pard\sl312\slmult0 Descendunt. Solus deserta per atria coepit

\pard\sl312\slmult0 expectare diu dum dilucesceret exul.

Ut semel illuxit, procul, ut non gavia maior,

\pard\sl312\slmult0 candida caeruleo pandebat lintea ponto

\pard\sl312\slmult0 inque novo sensim manifestus sole phasellus.

Anni tempus erat, monitus cum voce cuculi

surgis et ignavo suspensum rite camino,

nauta, gubernaclum, frumentature, refigis.

\pard\sl312\slmult0 Namque vocat mare pacatum, vocat aequore lenis

\pard\sl312\slmult0 propellens avium cantus atque agmina ventus.

\pard\sl312\slmult0 Nunc et in aprico xysto spatiatur et inde

\pard\sl312\slmult0 rursus in atriolo non aequis passibus errat.



\pard\sl312\slmult0

Hinc fuit atque illinc geminum symplegma videre,

\pard\sl312\slmult0 nobile, marmoreum: tauri nam cornibus ultor

\pard\sl312\slmult0 hinc exsultantis iamque inter vincla minantis

inligat Amphion, corpus miserabile, Dircen

- adlatrat canis, et gaudens in paelice tandem

mater adest -; illinc a diris anguibus, ipsum

\pard\sl312\slmult0 et duo natorum complexis corpora, frustra

\pard\sl312\slmult0 Laocoon manibus tentos divellitur artus.

\pard\sl312\slmult0   Nunc hic, nunc illic Romanum forte morantem

\pard\sl312\slmult0 aut vultus tenet Antiopes immobilis ultae

inque fugam sese attollens et cornua taurus,

\pard\sl312\slmult0 aut non vellendis nodis circumdatus heros



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 aeternusque movet de muto marmore clamor.

Abstrahit inde novo puerorum nenia cantu;

namque chorus verni sub lumina solis ad aedes

substiterat, capita et circumvolitabat hirundo.

\pard\sl312\slmult0 «Adest, adest hirundo!

\pard\sl312\slmult0 novos agens tepores

adest, agens novum ver.

Vides ut alba ventrem est?

at est et atra tergum.

\pard\sl312\slmult0 Ficos mihi adfer aridas

\pard\sl312\slmult0 seu divite ex domo libet

adferre vini poculum



\pard\sl312\slmult0

huc fiscinamve casei:

nec graneam nec herneum,

\pard\sl312\slmult0 si das, hirundo non capit. Donabimur

\pard\sl312\slmult0 an sic abimus? at nihil si mi dabis,

non abstinebo quin fores ipsas feram

aut limen aut hanc quae foris mulier sedet:

parvast, feremus nos quidem facillime.

\pard\sl312\slmult0 Quod si quid adfers, non feres et tu nihil.

\pard\sl312\slmult0 Iam claustra pande, iam fores hirundini

reclude, namque non senes, pueri sumus».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Haec Claudi latebras animi prope personat imas

\pard\sl312\slmult0 nenia: mox tenet Antiopes immobilis ultae
\pard\sl312\slmult0 vultus et aeternae muto de marmore voces.
\pard\sl312\slmult0 Ut mare spectatum rediit (iamque aequore nulla
navis erat, portu quae iam fortasse latebat)
tunc iterum venit puerilis cantus ad aures.
«Venimus ecce viri multum florentis ad aedes,
\pard\sl312\slmult0 qui florens opibus valde tumet usque beatus.
\pard\sl312\slmult0 Vos ipsae patefite, fores, nam copia limen
intrabit, simul intrabunt et gaudia, necnon
pax bona...» Quid, Claudi, quid te nunc eripis? Adsunt
quod famuli, te ideo suspirans eripis, ut sic
\pard\sl312\slmult0 clamantem excipias contenta voce Thrasyllum


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Augusti modo legatus de navibus exit

Caesaris ad meritos iam te revocantis honores!»?

«Quis scit» ais «felix utrum hic mihi nuntius adsit

an malus? atque Rhodi melius Romaene futuro?

\pard\sl312\slmult0 Nuper hirundinibus cordis secreta patebant,

\pard\sl312\slmult0 intrabat bona pax, animo bona gaudia suadens.

Sed maior me vis et ineluctabilis urguet

aut rapit». Hinc pedibus taurus sese erigit, illinc

Laocoon frustra tentos divellitur artus;

\pard\sl312\slmult0 neniaque illa venit sensim puerilis ad aures

\pard\sl312\slmult0 «Annuus huc redeam, redeam tibi sicut hirundo!»



\pard\sl312\slmult0

«O utinam hic» inquit «semper, Chaldaee, vel exul!»

\pard\sl312\slmult0   Dixit, at ex animo dixisset necne, nec ipse

\pard\sl312\slmult0 norat, qui norat caelum fatumque, Thrasyllus.

\pard\sl312\slmult0

vv. 85sqq. ×åëéäïíéóìòí ita verti ut iambicis tantummodo numeris uterer, hemiambis, dimetris, trimetris.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0VETERANI
CALIGULAE

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Heus» inquit Rufus «populares, bisne ad eundem?»

Nam media de nocte sonor ceu fluminis ingens

ex Circo tacitas Gai veniebat ad aedes,

cum cavea summa properans glomerata potiri

\pard\sl312\slmult0 5 funderet immunis sese in subsellia plebes.

\pard\sl312\slmult0 Hoc longinqua sonant velut aestu tecta Gelotis

et veteranorum statio procul arrigit aures.

Ex quibus adversa scribens in pariete Rufus

«Hercle,» inquit «Grati, vereor ne pegma residat



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 in spectatores: talem nam turba Quirini
\pard\sl312\slmult0 excitat hic somno, qui fustibus excitet illinc».
«Nempe veternoso domino non utimur» inquit
Gratius «atque arte qui sic dormitet, ut iste».
Hic humilem digito pergit monstrare grabatum,
\pard\sl312\slmult0 fusus ubi flavus stertebat membra Batavus.
\pard\sl312\slmult0 «Rana fuit, rex est, et in aurem dormit utramvis.
Quid nos? nos ab equis ad asellos: quine minoris
quam muscae sumus». Haec dicens carbone molamque
versantisque asini longas delineat aures.
\pard\sl312\slmult0 «Scin tu quo palum norim doctore cratemque?»

\pard\sl312\slmult0 alter ait: «venit si forte CEDO ALTERAM ad aures...

hic me centurio tironem vite terebat,

hic me probroso pascebat sordidus hordeo.

Quod vero intrivit, memini, coquus ipse comedit;

\pard\sl312\slmult0 quam segetem sevit, sator et demessuit». «Esto:

\pard\sl312\slmult0 quid, quod ego pupum vidi caligatus eundemque

in caliga, Caesar qui Maximus Optimus audit?

Ut gremio e matris dulcis ridebat alumnus

militibus! noto siluit vesania risu.

\pard\sl312\slmult0 Sed prius haec: nostri nunc omnis cura recessit,

\pard\sl312\slmult0 nec meminit tunicae palla propioris, ut aiunt».

Gratius hic: «Verene homines, age Rufe, locuntur



\pard\sl312\slmult0

diris temptatum sic insanire venenis?»

Haec dum compressis agitat custodia labris,

\pard\sl312\slmult0 porticus incertis gradibus sonat: ipse per umbras

\pard\sl312\slmult0 Caesar obambulat exsomnis, perque atria torvos

circumfert oculos titubatis passibus instans:

inficit insanus cui frontem pallor anilem,

et calvum caput est et saetis horrida cervix.

\pard\sl312\slmult0 «O lux!» ille gemit similisque elabitur umbrae.

\pard\sl312\slmult0 Tum subito «Quid ago? qualis sum?» barbarus infit

expergefactus «quo terrae? aut unde locorum?»

«Quoquo tu, vigil obdormis, unde unde, Batave!»

«Ast ego nunc nuper pelagus spectare videbar:

\pard\sl312\slmult0 iam tunc emerso longe tremere aequora sole:

\pard\sl312\slmult0 ecce autem visus subito consurgere Caesar,

in solidum solem magnam vibrare bipennem:

sol ducit rimas: uno micat ignea puncto et

rima coit: magno tum magnus malleus ictu

\pard\sl312\slmult0 in solem impingi: contusum discutit aurum

\pard\sl312\slmult0 Caesar et Oceanus scintillas ebibit astri.

Iam sol nullus erat: nigro mare murmure mussat;

cum mi aures gemitus deserta in rupe sedenti

perculit atque atras incidit spissior umbras

\pard\sl312\slmult0 umbra pererrantis circum loca principis, et vox

\pard\sl312\slmult0 "O lux!" in solis "o lux!" auditur harenis».



\pard\sl312\slmult0

«Germanum dubito te nunc dicamne Sabinum»

Rufus ait: «noctis sed pars est quarta: facesse».

Barbarus it: quartus miles redit, oscitat intrans

\pard\sl312\slmult0 atque ait: «Heu quantum te fors mutavit ab illo

\pard\sl312\slmult0 quem nos in castris patriisque eduximus armis!

Cur caligae pudeat, sagulum quid, pupule, temnas?

nullane vicenis umquam rauduscula princeps

assibus adicies? equidnam cedet agelli?

\pard\sl312\slmult0 Qualis equos, quandoque manet nos, Rufe, senectus».

\pard\sl312\slmult0 Cui Rufus: «Nos cocta quidem numerabimus exta:

sed quid equos memoras? scribam carbone:» LABORA



\pard\sl312\slmult0

scribit ASELLE «gravem versa, veterane, catillum»

QUOMODO EGO «stilus heu mihi nunc obtunditur: addam

\pard\sl312\slmult0 pauca: LABORAVI» «Bene! recte!» «ET PRODERIT»: inter

\pard\sl312\slmult0 haec «taceas, sodes, stationes circuit...» inquit

Gratius; at Rufus TIBI pingit sedulus et «Quis

iste?» rogat. «Cedo tessellam». «Hoc age». «Cassius inquam

Chaerea». «quem perdant omnes male dique deaeque»

\pard\sl312\slmult0 «Quis mihi tessellam?» «scortum plorare sagatum».

\pard\sl312\slmult0 «Quamquam commodius gladio proludere in illis

sensisti turbis...» «Quid muttis?» «Tessera nobis

est opus». «Atque eccam». «Quo verbo inscripta?» «PRIAPUS».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0RUFIUS CRISPINUS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ut totum soli sese dabat angulus Anti

caelumque infusum volvebant flustra serenum!

Nil nisi caeruleum: praeterquam longa larorum

albebat series, et euntia vela per altum

\pard\sl312\slmult0 candida, dein umbrae volucres, et villa Neronis.

\pard\sl312\slmult0 Tam leviter sabulum, tam leniter unda lapillos

mordebat, suavi pertentans litora suctu,

clarius ut streperet puerilis naenia ponto.

Nam grex impubes ipsa ludebat in ora

\pard\sl312\slmult0 aeterni maris, et blandum superare susurrum



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 pergebant, tamquam senior moniturus adesset,
exciperent laetis, quotiens avus hisceret, ipsi
vocibus. At voces minuit sensimque catervae
iam tacitae patulos ad se convertit ocellos
\pard\sl312\slmult0 visum aliquod: longum veniens procul agmen ab urbe
\pard\sl312\slmult0 atque auri nitor et pallae tunicaeque volantes
mixtaque quadrupedo cita tintinnabula plausu.
Esseda tendebant pilentaque mollia cursu,
lictoresque in equo vecti DECEDITE crebro
\pard\sl312\slmult0 clamabant APERITE CAPUT. Nam si quis in arvis
\pard\sl312\slmult0 aut meteret segetes aut umbram demeret uvis,
adstabant omnes venerabundique manebant:



\pard\sl312\slmult0

quippe vehebatur sacro mulier carpento
mortali maior, miro pallore, sed omnis
\pard\sl312\slmult0 in gemina deinceps oculorum luce refulgens.
\pard\sl312\slmult0 Lictoresque VIAM DATE virga et voce minantur,
quadrupedes stimulant, clamant ADVERTITE, CIVES.
Ecce autem, famulis frustra revocantibus, agmen
praetextatorum currens adventat ab ora:
\pard\sl312\slmult0 pandebant alas, ut aves a fluctibus albae
\pard\sl312\slmult0 late caeruleis, pueri cantumque ferebant:
iamque adsunt. Tonat AUGUSTAE DECEDITE lictor:
at sese puer extendens in brachia: MAMMA!
\pard\sl312\slmult0 Explicuit subito frontem Poppaea, nigroque


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 flagravere oculi complexi lumine natum.

\pard\sl312\slmult0 Heu! procul ancillis et servis tradere carum

passa caput, dubio nunc venerat anxia corde

volvens nubila verba superciliumque Neronis.

Nunc dulci nato reticens afflabat amorem

\pard\sl312\slmult0 mater inexpletum. Pueri frons rosida cursu

\pard\sl312\slmult0 purpureisque ardor malis et pectus anhelum:

ad ventum volitat rutilis coma florea cirris.

Momento mater declinat lumina, vultumque

avertit, currusque elabitur, et puer audit

\pard\sl312\slmult0 sub tecto sonitum procul ingeminare rotarum.

\pard\sl312\slmult0 Mox puero custos: «Rufi Crispine, quid haeres?



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Assequere hinc mecum socios unaque relictos
iam lusus repete». At villam petere ille volatu,
inque via miseras et longa per atria secum
\pard\sl312\slmult0 balbutire preces et singultire querelas.
\pard\sl312\slmult0 Interea genetrix in picto sola tablino
\pard\sl312\slmult0 ignotum pia mente Deum veneratur et orat
ut vanas sinat esse minas, ut visa secundet,
ut careant obscura fide consulta magorum:
\pard\sl312\slmult0 ecce pedum sonitum pulsa rapit aure minutum.
\pard\sl312\slmult0 Exsurgit reseratque fores et colligit intro
lugentem puerum. «Quis» ait «te, pupule, laesit?»
«Me sic usque voca, sic me complectere semper:

nil doleo» lacrimas puer interque oscu a muttit:

\pard\sl312\slmult0 «Cur, si nolebas tam bella tollere reda,

\pard\sl312\slmult0 me saltem verbo non es solata relictum?

Quid tibi deliqui? Nonne exsequor omnia quae vis?

Nonne gero morem custodi? nonne magistro?

Quas non historias didici? quae dicta fidelis

\pard\sl312\slmult0 non tenui? Similes unus lupus et lepus unus,

\pard\sl312\slmult0 discordant plures. Quin laudor saepe. Quid ergo

respuis? Annon te careo patienter et absum

heu! mater, tacitus, quamvis invitus et aeger?...»

Hic pueri genetrix abrumpens dicta: «Palamne?

\pard\sl312\slmult0 Nonne istum tenera praefers hac fronte dolorem

\pard\sl312\slmult0 interdum? Frontem diduc: reprehendere nolo:

imprudens hoc forte facis, nam rumor erat, te...

Dic age, are puer, num solus forte, dolens quid,

hac illac erres et dedignere sodales,

\pard\sl312\slmult0 non re, sed...» «Minime minime». «Num forte per iram

\pard\sl312\slmult0 durius imperites, etiam miniteris et...» «Absit!»

«Sunt tibi cum pueris aequalibus omnia...» «Sane».

«Quid facitis?» «Quid?» «Nempe dies sermone terendus

hoc sit et hoc, matremque iuvet meminisse, domum, rem...»

\pard\sl312\slmult0 «Ludimus». «Haud simili lapsu vox labitur, ac pes:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 lude, puer». «Quid, si ludentem saepe pila me
spectares, geminare catum, revocare paratum,
si qua cadit? Nostro, sed enim promittere possum,
nulla cadit vitio. Iuvat et Paganica, quin et
\pard\sl312\slmult0 excipio follem scite leviterque remitto.
\pard\sl312\slmult0 Uraniam nosti? Iactat sublime pilam quis,
concurrunt omnes, inhiant, luctantur: at ipse
excipio prior, et MEA glorior EST PILA: REX SUM».
\pard\sl312\slmult0 Hic mater: «Quid» ait «regi cum follibus?» «Atqui
\pard\sl312\slmult0 his ludis aliisque facit qui rectius, est rex:
\pard\sl312\slmult0 atque adeo recte facio et rex esse laboro,


\pard\sl312\slmult0

idque mihi, mater, contingit saepe». «Nimis quam
is labor est tibi...» «Vis scabiem me, mater, habere?
Vis sedeam, veluti qui semper peccat, asellus?»
\pard\sl312\slmult0 «Nempe velim ludas aliter: bene rex minus audit».
\pard\sl312\slmult0 Tum matrem puer occulto pugnare timori
sensit, et ore levem spirans obmutuit auram:
post paulo: «Capio, matercula, mente, quid optes.
Nae tu fastidis haec nudo digna popello
\pard\sl312\slmult0 ludicra, quaeque sonent vel circum compita voces:
\pard\sl312\slmult0 verum nos soliti Troiam quoque ludere, nos ius
dicere...» «Quid?» «Nobis sed quaedam Troia pedestris
luditur». «Aiebas etiam ius dicere te...» «Me,



\pard\sl312\slmult0

saepius. Addico, dico, do. Causa agitur, lis

\pard\sl312\slmult0 infertur. Sedeo iudex. Hic est reus, ille

\pard\sl312\slmult0 delator. Veniunt: narrantur crimina: damno».

«Occidis, puer». «Occido? Sunt haec ioca, mater».

«Lude aliter». «Potius me Troiam ludere mavis,

nec me taedet. Heri currebant me duce turmae».

\pard\sl312\slmult0 «Te duce?» «Non equitum, non». «Te duce?» «Nec semel id, nec,

\pard\sl312\slmult0 mater, heri primum ludenti contigit: immo

saepe iuventutis potius vocor undique princeps...»

«Ne ludas! Ne lude, puer!» perterrita mater

exclamat: mox attonito blanditur, et ipsa

\pard\sl312\slmult0 collacrimails puero lacrimas absterget obortas.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Nescis heu! quam sit, puer, hoc inamabile nomen!

Sis in amore meo (sunt cetera ludicra) princeps!»

«Non ludam posthac». «Nolim te maceret angor.

Devita caros, hilari tamen ore, sodales.

\pard\sl312\slmult0 In quemvis, uno coram custode, modum te

\pard\sl312\slmult0 oblecta...» Secum meditans nunc «Quomodo?» quaerit

et rogitat puer. «Inveni» mox increpat: «euge!

piscabor. Scopulos in solo litore novi.

Ascendam solus dextraeque haerebit arundo.

\pard\sl312\slmult0 Tum sedeam tacitus tacitosque sub aequore pisces

\pard\sl312\slmult0 opperiar, linum dum tracto nutet ab hamo:

nec quidquam interea nisi toto cogitet exul



\pard\sl312\slmult0

te tuus bic animo matrem puer». «At mare saevum!

At scopuli leves! Nimis at tibi fidis, et audes

\pard\sl312\slmult0 tu puer!» «A fido nusquam custode relinquar».

\pard\sl312\slmult0 Tranquillum sed erat late mare, plenaque caeli

\pard\sl312\slmult0 frustra brevi scopulos spumae circumdare limbo

pergebant, et ferre sonos blandumque susurrum

nec non et tractim puero suspiria maesto.

\pard\sl312\slmult0 Pendebat puero placidum super aequor arundo:

\pard\sl312\slmult0 ipse videbatur, caput inclinatus ad undas,

auscultare mari, quid clam mussaret in aurem.

Pone fuit custos. At mater in aedibus aures

dispensatori molli suffulta cathedra



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 commodat immemores, post carmen dulce canenti
\pard\sl312\slmult0 praebet anagnostae: surdo cum murmure deinceps
labuntur versus, undam velut excipit unda.
Ecce animo videt undosum mare. Prospicit amens
ex undis exstare caput procul «Euge!» hiat, at vox
\pard\sl312\slmult0 corde tenus sonat «euge, puer!» Sed pondere fertur
\pard\sl312\slmult0 paulatim caecaque puer sub aquam trahitur vi.
Haec velut in somnis mulier videt: atque parumper
cessat anagnostes. Presso clamore sonabat
vestibulum. Flebant: et adest in turbine mater.
\pard\sl312\slmult0 Quid? Nudum storea resupini corpus in uda

\pard\sl312\slmult0 adspexit nati. Fronti capitique capillus
haerebat madidus, tam mollis nuper ad auram.
Ancillae circum flebant: ut parvus! ut albus!
ut purus! nisi qui summo stat pectore nigror.
\pard\sl312\slmult0 Tum stillans undam toto de corpore custos
\pard\sl312\slmult0 et tergens oculos, queribundus: «Quid prius» inquit,
«quid tibi posterius memorem, Dea? Labitur: adsum:
decidit: adsilio: conor deprendere: sero!»
Illa oculis oculos frustra penetrabat apertos
\pard\sl312\slmult0 dilecti pueri: subito tum lumina vertit,
\pard\sl312\slmult0 et rapido totum collustrans fulgure servum,
«Fide» inquit «custos, sero! NOS OMNIA SERO!»

\pard\sl312\slmult0 Et gelidum complexa suum est Augusta puellum.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 v. 46 Privignum Rufium Crispinum Poppaea natum... Suet. Nero 35. De Crispino Rufio Poppaeae marito vide Tac. Ann. XI 1, 4, XII 42, XIII 45, XV 71, XVI 17.

v. 52. Ios. Flav. A. I. XX, 8, 11:Èåïóåâὴò ãὰñ ἢí... Cfr. Tac. Hist. I, 22: multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonio instrumentum, habuerant. Tac. Ann. XVI 6: Corpus (Poppaeae) non igni abolitum, ut romanus mos, sed regum externorum consuetudine, differtum odoribus conditur.

v. 60. Porph. ad Hor. Epl. I I, 59: pueri lusu cantare solent, Rex erit qui recte faciet, qui non faciet non erit.

v. 65. Quint. I. O. 1, 6. Dicere praetermisit puer lupum et leporem casibus quoque dissentire.

v. 93. Id. ad AP. 417: ludentes solent dicere, Quisquis ad me novissimus venerit, habeat scabiem.



\pard\sl312\slmult0

v. 94. Plat. Theaet. p. 146: ὁ äὲ ἁìáñôὼí ϰáì ὂò ἂí ἀåì ἁìáñôÜíῃ ϰáèåäåĩôáé, ὤóðåñ öáóìí ïἰ ðáĩäåò óöáéñßæïíôåò, ὄíïò.

v. 113 et praecc. - Suet. Nero, 35: (Rufius Crispinus) ferebatur ducatus et imperia ludere.

v. 135. Suet. Nero, 35: Privignum Rufium Crispinum Poppaea natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius demandavit.

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0**POEMATA CHRISTIANA**

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0CENTURIO

\pard\
sl312\slmul
t0

\pard\
sl312\slmul
t0 *Quae
nihil optasti
nisi pacem,
pace fruaris*

*una
cum
maesto
candida
fratre soror!*

\pard\
sl312\slmul
t0

*MARI
AE
IOHANNES*



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Dic, pater, imperium magnum frustraque rebellem
orbem terrarum. Sine te exoremus ut unos
in toto Moesos intactos orbe revincas.
Quae vox illa fuit? Quo tuti flumine, quales
\pard\sl312\slmult0 arcubus adductis stabant in limine mortis?
\pard\sl312\slmult0 Nonne illi vobis: "Quinam vos estis?" At illis
vos: "Rerum domini". "Si nosmet frangitis, estis"?
Atqui fregistis: nos debellavimus ultro».
Haec Ulubris pueri loculos tabulamque gerentes
\pard\sl312\slmult0 in trivio clamant. Medios delapsus in hostes
\pard\sl312\slmult0 emeritus circumfusos simul Aetrius audit

«Hoc, sodes» garrire «imo illud, amabimus, Aetri».

\pard\sl312\slmult0 Namque senex de more domum tum forte redibat,

\pard\sl312\slmult0 iam satis in campis ultro citroque vagatus.

\pard\sl312\slmult0 Volverat ille animo reptans stipendia secum

\pard\sl312\slmult0 quadragena, duces, regiones, vulnera, torques,

et quae prima rudes tuba perstrinxisset in armis

aures tironi. Prospectu paverat idem

ruris inassuetos oculos animumque priorem,

\pard\sl312\slmult0 hic segetes, illic silvam miratus et amnem,

\pard\sl312\slmult0 mox in aquaque anates et supra tecta columbas.

Dein in quincuncem directas ordine vites,



\pard\sl312\slmult0

ut si quas legio depugnatura cohortes
pandisset virides: at aves, non signa canebant:
\pard\sl312\slmult0 dein late corvis nigrescere viderat arvum,
\pard\sl312\slmult0 quippe ubi fumaret caedes et pugna sileret:
non oculos hominum, quaerebant semina corvi:
qui moniti vigilum subito clangore duorum
omnes vasa cito sua collegere volantes.
\pard\sl312\slmult0 Post animi vagus e densa defringere saepe
\pard\sl312\slmult0 haud veritus baculum sibi, se deprendit, ut olim
difficili saxis atque herbis vite minantem.
Denique contendit putrem subrepere vicum
iam vergente die, placidisque quiescere castris


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 centurio: caligis via vici dura sonabat:
\pard\sl312\slmult0 atque illum a trivio pueri videre tribules
inque illum subito dextra laevaque coorti,
«Dic aquilas, dic arma» fremunt, «dic bella cruoremque».

\pard\sl312\slmult0 Expulerat ferula ludi paulo ante magister
\pard\sl312\slmult0 germanos asinos: at pulli currere lusum.
\pard\sl312\slmult0 Tum loculi fudere nuces, pila multa per auras
exsiluit, male quae tacita sub veste latebat:
tum variae voces: hic clamat «Rex erit», ille
«Non erit», «Extremum scabies» simul «occupet» omnes.
\pard\sl312\slmult0 At circumvolitant Numidae per cuncta pusilli

\pard\sl312\slmult0 et plausis minitantur equis: nihil hinnit arundo.

Ut vero caligae vetulum sonuere gregales,

en castella ruunt nucibus constructa quaternis,

rex regno cedit, puerique in arundine longa

\pard\sl312\slmult0 hinc illinc equitant auditum funebre bellum.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Centurio, pueri quo bello tela fuerunt?

\pard\sl312\slmult0 Quid vos infanti respersi sanguine vultum?

Num tendi tabes oculos et pila sinebat?

Nemon unus erat praefracta ex gente superstes?

\pard\sl312\slmult0 Qui vos sollicitos docuistis rite propinquos?

\pard\sl312\slmult0 Hoc repetas. Galeas clypeosque et corpora pleno

nonne quidem fluvio longe portare dedistis?

Hinc populi fluit usque ferens fragmenta perempti

turbidus atque ciet ripas ululatibus amnis.

\pard\sl312\slmult0 Aut placeat flavos potius memorare Sygambros.

\pard\sl312\slmult0 Ut fugiens olim latuit sub sanguine nigro

Arminius? Quem nos non debellavimus est quis?»

\pard\sl312\slmult0 Haec una pueri: respondet miles: «At haec est

\pard\sl312\slmult0 vis: cuneum datis et ruitis testudine facta:

\pard\sl312\slmult0 erumpam quandoque, nefas, obsessus...» Et illi:

\pard\sl312\slmult0 «Imo, age, quod nullo refluit mare litore, narra,

narra mille novum perculsum navibus aequor.



\pard\sl312\slmult0

Vidistin magnos humano corpore pisces?

Cur non das nobis hominem qua nocte marinum

\pard\sl312\slmult0 videris in transtris et qua sub luce sedentem?

\pard\sl312\slmult0 Ut subito mare per tenebras aurescere coepit

et polus? Ille quidem secum quid triste canebat?

Nunc licuit nobis metam contingere rerum.

Terrarum nobis impervius angulus est qui?»

\pard\sl312\slmult0 Interea ad multo velatum flore sacellum

\pard\sl312\slmult0 sederat in saxo, iam cum res esset in arto,

centurio, cepitque hostes herbosa crepido.

Ut cum passeribus sub noctem saepe cupressus



\pard\sl312\slmult0

multis multa sonat, quam prospexere virentem
\pard\sl312\slmult0 illi a mane vagi, dum semina condit arator:
\pard\sl312\slmult0 deversoriolum sibi quisque laboribus actis
nunc legit in foliis: avibus scatet arbor et umbra:
protinus exsultant et de cultore triumphant:
at procul effusum necopinus credidit imbrem
\pard\sl312\slmult0 rusticus, aut magno misceri turbine lucum:
\pard\sl312\slmult0 tum si qui cauti sonitus pedis ingruit, aut si
decidit in terram gravis ipsa ex arbore baca,
conticuere: silet caelum, terramque tenet nox:
vix hic dicturus digitum bene sustulit, illi
\pard\sl312\slmult0 ore favent. Circum velox auditur hirundo

\pard\sl312\slmult0 et coepit quandoque queri ranunculus.

\pard\sl312\slmult0 «Olim...

\pard\sl312\slmult0 Semper ego ut mera bella crepem? Concurritur, io,
res geritur pilis et digladiamur honeste:
bellatur belle. Sed et est quod torqueat ora
\pard\sl312\slmult0 et quod corniculum merita de casside ferme
\pard\sl312\slmult0 excutiat, pupi. Nam primuspilus: "Adesdum"
inquit "coge manum, pete collem nomine... nomen
fugit... eum grumum qui corvos pascit ad urbem:
convivabuntur, nobis de more coquis: i".
\pard\sl312\slmult0 Heu pudet hastatum cum torquibus atque catellis

\pard\sl312\slmult0 carnifici servare cruces, assistere morti,

ut vos saepe planis, aut si funambulus anceps

detineat: sicut memini, cum prorsus in aure

non homini soli nisi quid garriret hirundo...

\pard\sl312\slmult0 barbara sed lingua est, et non intelligitur...» «Quid?

\pard\sl312\slmult0 Non intelligimus» canit una voce corona.

«Recte corripitis: paulo altius ordiar.

\pard\sl312\slmult0 Olim,

\pard\sl312\slmult0 illic unde parant homines opobalsama lauti,

dum vagor, ecce lacus ad ripam visus amoeni

\pard\sl312\slmult0 stans in navicula, medius caelique marisque,

\pard\sl312\slmult0 quidam... quem dicam? Stantem pro litore turbam

ingentem, tamquam pueros pater ipse, docebat.

Vox ripam leni plangebat flamine pulsa

alterni velut unda maris. Faciebat in aura

\pard\sl312\slmult0 pendens verba velut de caeruleo suggestu.

\pard\sl312\slmult0 Ipse videbatur blanda terram, mare, caelum

atque animos hominum tranquillavisse loquela.

Adstabant inopes omnes curisve remorsi

et querulae matres et servi torva tuentes:

\pard\sl312\slmult0 laetitiam vultus illo dicente trahebant».

\pard\sl312\slmult0 «Quid dicebat?» «Eram, nobis ut par erat, illo

in sermone rudis: iactatum saepe sed unum

edidici verbum». «Quod, sodes?» «Eloquar.

\pard\sl312\slmult0 Olim

\pard\sl312\slmult0 deprendi mediis, sedeo ut nunc ipse, sedentem

\pard\sl312\slmult0 in pueris. Matres teneros hinc inde ferebant

\pard\sl312\slmult0 infantes, quos ille quidem contingeret: ultro

aequales annis currebant undique vestris.

Ille manu mulcens amplexabatur ad unum

omnes. At comites simul obiurgare, minari,

\pard\sl312\slmult0 matribus irasci: tumidos pacare magister,

\pard\sl312\slmult0 sive quis ille fuit. Mox me subeunte, velut si

sese in conspectum tacito pede larva dedisset,

fit fuga. Sed pueri galeam gladiumque paventes



\pard\sl312\slmult0

in gremium cari se reiecere magistri.

\pard\sl312\slmult0 Quid? num cernebant veteris vestigia caedis?

\pard\sl312\slmult0 Restiteram. Tum triste quidem sed dulce sonans vox

illa meas, unam quam noram, venit ad aures...»

«Quid vero vox illa sonat?» «Nil milite dignum

profecto, pueri». «Quid, sodes?» «Eloquar.

\pard\sl312\slmult0 Olim,

\pard\sl312\slmult0 huius cum gentis sacra versarer in urbe,

\pard\sl312\slmult0 perculit insolitus plebis concursus et aestus.

Omnibus e vicis effundebantur eodem

gestantes manibus ramos pallentis olivae:

tum vestimentis homines et frondibus artas

\pard\sl312\slmult0 sternebant et flore vias, laudesque canebant

\pard\sl312\slmult0 nescioquas, ut equis ubi currus ducitur albis.

Dum quae sit dubito vis illa aut qui furor, ecce

in tarda, pueri, vectum demiror asella

hunc hominem. Turbae veniens adridet ovanti.

\pard\sl312\slmult0 Conclamant. Sequitur subsultim pullus asellam.

\pard\sl312\slmult0 Interdum veritus ne in turba deerret alumnus,

respicit ille, manu pavidum demulcet et haeret.

Dum sic adsisto, me ultro cognovit, et illo

me praetergrediens afflavit murmure vocis ”.

\pard\sl312\slmult0 «Quae vox illa fuit?» «Iam sum dicturus.

\pard\sl312\sl
mult0 Ad arcem

\pard\sl312\slmult0 illam non longo primus post tempore pilus

miserat et silva derasam prorsus et herbis,

sed qua tum staret nullis radicibus arbos.

Scilicet adstabam crucibus. Quid quaeque teneret,

\pard\sl312\slmult0 susque id deque fuit. Collis clamore sonabat

\pard\sl312\slmult0 et probris. Veniente tamen iam vespere clamor

et tumor hinc et faex omnis concesserat urbis.

Iam non sole tholus templi fulgebat et auro.

Multa, ut nunc, pueri, circum volitabat hirundo,

\pard\sl312\slmult0 et roseas memini fluitare per aera nubes.

\pard\sl312\slmult0 Ad patrias Ulubras mihi tum rerreasse videbar



\pard\sl312\slmult0

et matris, velut in somnis, audire querelam.

Nescioqui caput attollo. Quemne in cruce tandem

adfixum clavis tum me vidisse putatis?

\pard\sl312\slmult0 Illum qui parvos ad se miserosque sinebat.

\pard\sl312\slmult0 Hic de infelici vepallidus arbore, iamque

ipsa in morte, mihi sceleris letique ministro

demisit vocem...» «Quae vox, pater, illa fuit?» «Pax».

\pard\sl312\slmult0 Nec plura his. Luteus matres acceperat omnes

\pard\sl312\slmult0 nidulus: at pulli tepidis mussare sub alis.

\pard\sl312\slmult0 Mittunt longinquae ranae quandoque querelas.

Atque hic centurio similis meditantis «HOMO» inquit

«VERE IUSTUS ERAT. Mortis cruce causa pependit:

HIC REX. Mirabar: sed mox fregisse sepulcrum

\pard\sl312\slmult0 rumor erat. Vivumne ausim nunc credere? Dicunt

\pard\sl312\slmult0 audiri vocem, caedes ubi facta, monentis:

PAX». Pueri circumspiciunt. Iam nocte silebant

omnia. Tempus erat cubitum discedere. Sed non

filius Albini satis exactoris habebat:

\pard\sl312\slmult0 «Dic etiam: nobis terrarum impervius ullus

\pard\sl312\slmult0 angulus est, Aetri? quem nos non vicimus, est quis?»

\pard\sl312\slmult0

vv. 7, 51,55. Flor. IV, 12.



\pard\sl312\slmult0

v. 66. Tacit. Ann. II, 23.

v. 69. Plin. Hist. Nat. IX, 4, 2: Tacit. Ann. II, 24.

v. 104. Nutriculae dicunt hirundines solatas esse Iesum morientem.

v. 110. Matth. XIII, 2.

v. 123. Marc. X, 13.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0THALLUSA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Implicitos dextra pueros laevaque trahebat

serva duos, haud invitos sed saepe morantes.

Nempe morabatur nunc auro forte taberna

effulgens atque armillis bullisque catellisque...

\pard\sl312\slmult0 5«Heus» puer exclamat paulo maiusculus «adsta

\pard\sl312\slmult0 paulisper. Viden, ut bellum, Thallusa, monile?

Unde securiculae pendent argenteolae, falx

parva quidem, sed habet similem Phoenix et eandem

vinitor, ensiculus quam pulcher, lunula, mallei



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 pauxilli, tum claviculae, tum forficulae, tum
\pard\sl312\slmult0 serriculae, tum... quid? quae res est? Euge papae! Sus.
Ut pura ac puta est ipsissima sucula visu!
O si tam lepidam, tam parvam, mater emat mi!»
Omnia pupillis tacitis sibi vindicat alter
\pard\sl312\slmult0 sistraque praedatur crepitacillisque potitur
\pard\sl312\slmult0 attonitus. Manet ipsa inhians ancilla nec umquam
aureolis a capsellis oculos deflectit,
cum subito: «Quin, errones, hinc pergitis? Eia!
Nil refert vestra me caedi verbere, dum vos
\pard\sl312\slmult0 placet suaviolis emptura crepundia mamma».
\pard\sl312\slmult0 Abstrahit in verbo tacitos sursumque tuentes


\pard\sl312\slmult0

iratam. Mox subsistunt. Odor allicit ambos
mellis, et impositae mensis fumantibus offae
atque abaci vitreis fulgentes undique vasis.
\pard\sl312\slmult0 Consistit Thallusa sui velut immemor. «Assem
\pard\sl312\slmult0 sacculus hic habet: ibis, emes tibi, si libet, unum
ex istis...» Monstrans adipata minusculus haec mox
balbutit puer «i: numquam tetigisti crustula, quo nil
dulcius». Haec dicens Thallusae porrigit assem.
\pard\sl312\slmult0 Mulcet serva caput puero. «Lucille, quid» inquit
\pard\sl312\slmult0 «offers non adeo parvae bellaria servae?
Haec ede tu: rodant haec mures dulcia dulces».
Ac subito lacrimas effundens abstrahit ambos


\pard\sl312\slmult0

et dextra laevaque manus premit aegra pusillas

\pard\sl312\slmult0 valdius, ac «Pueri, properandum est;» inquit «eamus!

\pard\sl312\slmult0 Quam metuo mihi ne redeat maturius Ipse

ac iam poscat aquam!» Carpunt hinc prorsus iter; tum

nec respectantes pueri nec plura loquentes

festinant, binisque tolutim passibus aequant

\pard\sl312\slmult0 singula Thallusae vestigia. Multiplicem dant

\pard\sl312\slmult0 suspensae sonitum laeva de parte tabellae,

et crepat in loculis succussus calculus ictu.

\pard\sl312\slmult0 Sed pater a summo Iano iam scriba domum se

\pard\sl312\slmult0 rettulerat praeter solitum, contractior hirtum

\pard\sl312\slmult0 fronte supercilium; pultantique ipsa reclusit

\pard\sl312\slmult0 Gaia fores, tollens infantem protinus ulnis,

lactantis tecto mammae vix ubere: cui vir:

«Tune fores nunc custodis? Quo serva mihi se

proripuit? Puerosne domum, si forte, reduxit?»

\pard\sl312\slmult0 «Nondum, sed iam iamque aderit. Nam longius est hinc

\pard\sl312\slmult0 in ludum...» «Dicis mulier de more benigne:

nil tamen est opus: extremum est quod sera redit». «Qui?»

«Venit». «Rem vix credibilem narras». «Age, quaeso:

tu perferre parem sibi numquam muta valebas?

\pard\sl312\slmult0 Nam modo turricula lusisset cum pueris et

\pard\sl312\slmult0 ligneolam filis duxisset commoda larvam,

tum procul arcebat despectans torva, nec illos
plectere parsisset... Sed tergo salsa cavebat
ipsa suo. Nunc rebaris placidamque beatamque,
\pard\sl312\slmult0 eiusque implebat cantantis nenia tectum,
\pard\sl312\slmult0 mox tetricam plane rugis oculisque rubentem
servabas». «Verum frugi est patiensque laboris,
et caros pueros habet et pueris est cara». «Vide, sis.
Hoc ipsum timeo nimium ne cara». «Quid istud?»
\pard\sl312\slmult0 «Quid si servilem Chresti proba serva sequatur
\pard\sl312\slmult0 sectam? Scis pueros quibus illecebris, quibus escis
decipiant...» «Istud non sit mihi credere». «Crede.


\pard\sl312\slmult0

Dum ne praesciscat se iam venire. Facesso
hinc egomet. Cenare foris non est mihi moris:
\pard\sl312\slmult0 sed me paene Labrax occidit saepe vocando,
\pard\sl312\slmult0 et iuvat obsequio ditem lenire danistam.
Iamque vale». Labris tenuit primoribus uxor
nocte Bonae facienda Deae sacra; se face prima
vicini de more domum pistoris ituram,
\pard\sl312\slmult0 quo matres apud uxorem gnatasque coirent
\pard\sl312\slmult0 sacrificaturae. Quae dicere multa volentem
egrediens vir destituit iussamque valere.
Adstitit illa domus anceps in limine, gestans
ulnis infantem, quoad «Huc huc respice mamma!»,

\pard\sl312\slmult0 audiit et cursu pueros excepit anhelos
\pard\sl312\slmult0 ore sinuque duos, laeva removens Tertullum.
Dulces complexus limis Thallusa tuetur.
«Iam Thallusa dapes nobis apponet. Adest nox,
Ipse foris cenat». Tabulas loculosque resolvunt
\pard\sl312\slmult0 ex umeris pueri. Discumbitur. Ecce patellis
\pard\sl312\slmult0 fictilibus cyathisque sonat balbisque loquellis
atriolum. Pueri narrant, accommodat aures
nec quidquam exaudit sed percipit omnia mater.
Quae didicere, docent. Maturis frugibus, ipso
\pard\sl312\slmult0 mane satis, delectantur sub fine diei.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Vix epulas mater tenues delibat et ipsam
infantis se libandam dat lenta labellis.
Absenti similis cenam Thallusa ministrat.
Interea puer alter hiat, puer oscitat alter.
\pard\sl312\slmult0 Qui tam magna leves viderunt nuper ocelli,
\pard\sl312\slmult0 visuri maiora natant, nictant, conivent.
Dulci laxatus fonti teres adiacet infans
et velut occulto permulsus murmure dormit.
Iunceus hunc linter, capit illos lectulus ambos
\pard\sl312\slmult0 unus, et in toto conclavi iam super una est
\pard\sl312\slmult0 quae vigilet tacito, ne laedat, lumine lampas.
\pard\sl312\slmult0 At mater dum compta parat iam linquere limen

\pard\sl312\slmult0 Thallusanque monet multis, repetitque, nec audit
mussantem, in lacrimas effusam respicit. «Heu! qui
\pard\sl312\slmult0 hic dolor est?» inquit «quae te nunc cura lacessit?»
\pard\sl312\slmult0 Tum, clausis iterum foribus, cognoscere causas
tentat et ignotum miserae lenire dolorem.
Singultim Thallusa loqui conatur et aegre
respondet: «Quid tu, si ne Deus ipse potest?» «Qui?»
\pard\sl312\slmult0 Illa silet. «Mihi sacra Deae nocturna necesse est
\pard\sl312\slmult0 ferre Bonae. Forsit Bona te Dea sospitet. Euge!
Iamque abeo. Vigila, pueros ne forte relinquat
somnus, et incessat lemurum metus. Est bene plenus
pupus lacte meus mihi; quod si vagierit, tu

\pard\sl312\slmult0 et cantu fer opem, quam tu potes, et quate cunas,

\pard\sl312\slmult0 dum redeat, nec erit mora longa, quod appetitit, uber»

Haec geminans exit. Tum secum sola repente

exsilit, et vultu iacit haec Thallusa ferino:

«I felix! Tibi sic Bona prosperet, ut Bonus aegrae

\pard\sl312\slmult0 ille mihi! Rediens tu sic cunabula visas,

\pard\sl312\slmult0 ut rediens egomet, dulcique fruaris alumno

non magis atque egomet, cui frustra lacte tumentes

abreptum puerum non invenere papillae.

Quem quo tum cessisse rear? quo lacte quibusque

\pard\sl312\slmult0 blanditiis altum, quas artes discere, quas iam



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ferre minas, quae probra pati, quae verbera dicam?
O multo me conserva felicior ipse
qui binis annis tantum mihi nomine coniunx
es datus ad mortem quamvis innoxius! Heu me
\pard\sl312\slmult0 non adspexisti communem quaerere natum
\pard\sl312\slmult0 nequiquam! Iam nec bona quae me verba docebas
solantur. Credo, moriar quandoque, resurgam:
parve puer, te non in primo flore videbo,
cum risum risu tentabam promere primum.
\pard\sl312\slmult0 Me nescit matrem, mihi qui non riserit umquam!
\pard\sl312\slmult0 Hic luctus fauces inconsolabilis angit.
Nil contra Deus ipse potest, nil ipsa potest mors».



\pard\sl312\slmult0

Haec reputans irae rursus cessisse dolorem

sentit et increpitat tacitis cunabula verbis

\pard\sl312\slmult0 et pupum totamque domum dominamque beatam

\pard\sl312\slmult0 et dulces pueros famulae bene corde volentes.

\pard\sl312\slmult0 Dum furit et cunctos optat vanescere flammis

\pard\sl312\slmult0 seque una, tenui tintinnant, ut putat, aures

murmure, mox agni tamquam sine matre relicti

\pard\sl312\slmult0 vox animum temptat. tremibundo palpitat omnis

\pard\sl312\slmult0 vagitu domus. Infelix Thallusa, vocaris!

Novisti vocem. Matrem vox illa vocat te.

\pard\sl312\slmult0 In somnis pueri conspecta crepundia, bullas,

\pard\sl312\slmult0 ensiculos perquam parvo mercantur ovantes,

\pard\sl312\slmult0 aut omnes deinceps scriblitas, liba, placentas
\pard\sl312\slmult0 prorsus emunt nec edunt cupidi tamen. Ut prope lectum
serva levis venit, pueris semihiantibus albas
demulsit frontes et sparsum rore capillum:
illi compressis palpebris «Mamma!» susurrant.
\pard\sl312\slmult0 Pergit ad infantem queribundum serva nec illum
\pard\sl312\slmult0 tranquillare valet quatiens cunabula balbisque
infractisque sequens fluitantem vocibus alveum.
Namque heu! fluctivagus capit aegrum lembus homullum,
\pard\sl312\slmult0 nil supra servi, nil infra regis alumnos,
\pard\sl312\slmult0 cuiusvis opera, cuiusvis rebus egentem.

Tum sonat ex animo qua iam sedare suum, qua
abreptum puerum suerit sopire querela.
Idem vagitus, puer idem, mater eodem
naviculam pellens solatur carmine nautam.

\pard\sl312\slmult0 Ocelle mi, quid est quod vis apertus esse?
\pard\sl312\slmult0 Nihil potes videre, namque iam cubat sol,
nec aureum grabatum luna pigra linquit.
Genis tuis tegaris: plusculum videbis.
\pard\sl312\slmult0 Lalla! Lalla! Lalla!

\pard\sl312\slmult0 Ocelle mi, quid est quod usque me tueris?
\pard\sl312\slmult0 Dolesne quod dolentem cernis, inque, mammam?

Sum servuli quidem vix mater, ipsa serva.

Genis tuis tegaris: liberam videbis.

\pard\sl312\slmult0 Lalla! Lalla! Lalla!

\pard\sl312\slmult0 Ocelle, qui tueris usquequaque lugens

\pard\sl312\slmult0 velut foras ituram perdite procul me...

noli tuam perisse tunc putare matrem:

genas tuas remitte, semper et videbis.

\pard\sl312\slmult0 Lalla! Lalla! Lalla!

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Flet Thallusa canens, aeque memor, immemor aeque.

\pard\sl312\slmult0 Ecce puer leni pacatus momine cymbae

et dulci cantu, iam cessat flere nec idem



\pard\sl312\slmult0

singultit: tranquillus hiat patulisque canentem

sub tremula lychni flamma miratur ocellis.

\pard\sl312\slmult0 Tum stupet in varia, quae lumine lampadis icta

\pard\sl312\slmult0 labilis a cilio Thallusae pendet et ardet,

lacrimula. Tandem crispatur buccula. Ridet.

«Ridet!» ait Thallusa furens, oblita sui, nil

percipiens oculis aliud, nil auribus, omnis

\pard\sl312\slmult0 in puero, risum lacrimans, deperdita «Ride!

\pard\sl312\slmult0 Coepisti tandem risu cognoscere matrem!»

Mater adest sed vera redux auditque loquentem.

«I cubitum: primo cras surgas mane necesse est».

\pard\sl312\slmult0 Primo mane domo servam novus emptor abegit.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

v. 165-179. Saturnii ad exemplum Metelliani:
- Dabunt malum Metelli Naevio poetae.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0POMPONIA GRAECINA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 TAC. *Ann*. XIII 32.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Non cultu nisi lugubri Pomponia vitam,

non animo vixit nisi maesto, maestior ex quo

ante aramque focumque domus veteresque penates

iudicium capitis, Plauti, te iudice, passa est,

\pard\sl312\slmult0 5 in cuius cum farre manum convenerat uxor.

\pard\sl312\slmult0 Nam mulier soles ita surgere et ire sinebat,



\pard\sl312\slmult0

ut demum extinctis tacito fruitura sepulcro.
Prorsus vitabat ludos certamina pompas:
illam rugitus non perstrinxere leonum
\pard\sl312\slmult0 ientantum in circo, non mollia brachia mimi,
\pard\sl312\slmult0 non venetus vinctus loris auriga, neque illa
stans caedebat equos salientis verbere cordis:
numquam Graecinam podio quaesivit in aureo
et verso moriens gladiator pollice vidit.
\pard\sl312\slmult0 Dis eadem nec tura dabat nec floribus aras
\pard\sl312\slmult0 cingebat nec vota precesque ad templa ferebat
dum vir abest et in extremos movet arma Britannos.
Illa domi parvo defixa haerebat in Aulo,
cui natum caro Graecinum fratre sodalem


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 fecerat. His lusus communes, una palaestra
\pard\sl312\slmult0 ambobus, tabulae similes, idemque magister
atque eadem mater, vultus aevumque gemellis.
At prisco de se vitantem more susurros
rodebat vulgus: «Quid habet Graecina, quod intus
\pard\sl312\slmult0 sic servet? Lanamne facit? Texitne retexitque
\pard\sl312\slmult0 annosam telam? Reducem, quin nuper, ovantem
amplexata virum, nihilo minus angitur, odit
aegra diem, latet in tenebris. Quae templa deorum
aut supplex adit aut grates habitura? Quibusve
\pard\sl312\slmult0 damnatur votis?» Tandem delator in aurem

\pard\sl312\slmult0 principis: «Insignis sequitur, puto, femina ritus»

sibilat «externos. Vereor ne nescio quae non

spreta superstitio servis, infecerit ampli

flaminis uxorem Graecinam. Credere nolim...»

\pard\sl312\slmult0 Tum rea fit mulier: iudex datur ipse vir Aulus

\pard\sl312\slmult0 Plautius. Hic prisco vocat ad se more propinquos.

\pard\sl312\slmult0 Excipiunt tristes fumosis tristia ceris

\pard\sl312\slmult0 atria. Iudicio sunt saecula multa corona.

Sublucet focus et dominam levis ignibus adflat,

\pard\sl312\slmult0 quae sedet in longa, secura at pallida, sella.

\pard\sl312\slmult0 Altius et coram coniunx sedet: incipit: «Uxor!

Illo te mihi conubio quo sanctius est nil,



\pard\sl312\slmult0

fictile simpuvium summique secespita iunxit
pontificia: testesque decem flamenque dialis
\pard\sl312\slmult0 adfuerunt. Panem confectum ex farre tulisti
\pard\sl312\slmult0 ipsa sacris epulis. Sacris communibus usi
miscuimus vitas ut non modo Gaia fores tu,
ipse ubi Gaius eram, sed ut esses filia iure
mancipii. Pater hinc et herus sum factus, et idem
\pard\sl312\slmult0 nunc iustus iudex permissu Caesaris exsto.
\pard\sl312\slmult0 Uxor, responde. Quid volt sibi cultus et usus
iste? Quid usque manes et maeres? Quid fugis omnes?
Quid tecum vivis? Vivis? Quis dixerit istam
vitalem vitam, tibi quae magis abdita mors est?»

\pard\sl312\slmult0 Sic ait: et mulier clementia lumina tollens
\pard\sl312\slmult0 triste quid adrisit suavique haec ore locuta est.
«Malebas aliter tibi me vixisse, pater, quam
lanificam fas est frugique domique sedentem
Romanam, satis et pueris et coniuge comptam?
\pard\sl312\slmult0 In te quod vitae dulce est impendere, mors est?
\pard\sl312\slmult0 Nostro quod tribuo puero, vitale negas tu?»
Hic cum singultu lacrimas et verba repressit.
«Ne me» vir sequitur lenito corde «putaris
de te praeterquam sanctae tibi credere matri.
\pard\sl312\slmult0 Sed sunt qui prava te religione susurrent
\pard\sl312\slmult0 obstringi, te falsa sequi mysteria...» «Nonne

et spectata fides et recti denique mores
sunt, Plauti, nobis? Frux unicus arboris index:
nemo de spinis umquam collegerit uvam».
\pard\sl312\slmult0 Haec indignanti similis iacit uxor: at ille
\pard\sl312\slmult0 in tacito gaudere sinu, dein dicere laetus:
«Prae me iampridem sic me sentire ferebam
mores esse tibi testes, spondere tibi me.
"Num patrios, patrium retinet quae sancta pudorem,
\pard\sl312\slmult0 reicit illa deos?" aiebam: "iudice, princeps,
\pard\sl312\slmult0 nil opus est". At de plena tamen, uxor, acerra
tus impone focis. Haec huius summula causae».
Subrisit: simul uxori porrexit acerram.
Contracta rugas exsolvunt fronte propinqui

\pard\sl312\slmult0 atque hilares animam pleno de pectore ducunt.

\pard\sl312\slmult0 Ipsi luce foci tacti gliscente penates

attonitum risum rident oculis deficis.

\pard\sl312\slmult0 Tum mulier: «Quid opus sacris et ture?» Siletque

\pard\sl312\slmult0 et tacitis vultum lacrimis rigat. «Uxor, apud me

\pard\sl312\slmult0 non tibi mica salis, non granum turis opus: frux

\pard\sl312\slmult0 arboris a nostris cultae maioribus index:

sed princeps id amet, cui me parere necesse est.

En age casta lares atque atria ture vapora.

Quid dubitas? Num te quasi victam suppudet? Atqui

\pard\sl312\slmult0 vincis. Iamque lita: magnos cole ture deos... Heu!»



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Prunam paulatim velat cinis: ecce recedunt
in tenebras solitas longumque situm magni di,
obscuraeque virum formae lemuresque sedentes
cordi quisque suo velut auscultare videntur.
\pard\sl312\slmult0 Ipsa sinum fixis oculis fovet. «Heu! quid ovantem
\pard\sl312\slmult0 me victis iuvat» Aulus ait «rediisse Britannis?
Uxor, si fas est istud iam dicere nomen,
quae te saga magis illexit cantibus? unde
ista superstitio muliebres perculit aures?
\pard\sl312\slmult0 unde odium vitae et clari fastidia solis?
\pard\sl312\slmult0 unde hic humani generis contemptus?» «At» inquit
extollens secura caput Pomponia «falso!

Nam fratrum quasi convictum coetumque sororum

ipso patri Deo nostrum genus esse putamus.

\pard\sl312\slmult0 Et vitam nec amo, coniunx dilecte, nec odi:

\pard\sl312\slmult0 vita via est: quo te ducat tantummodo refert.

Ut laudem, quaeso, quae me remoretur euntem?

Ut temnam, caelo quae me quandoque reponat?»

\pard\sl312\slmult0 At saevo surgens vir cum maerore: «Fateris»

\pard\sl312\slmult0 exclamat. Nunc adfines circumspicit amens

\pard\sl312\slmult0 atque in imaginibus pallentibus haeret avorum.

«O domus antiquis quae stabas moribus, o gens



\pard\sl312\slmult0

magna domi, iustis et veris magna triumphis,

ecce ut nescioqui servus iudaeus, ut aiunt,

\pard\sl312\slmult0 te mergit. Mulier, quo nos auctore relinquis?

\pard\sl312\slmult0 furciferone aliquo? Tu dedignaris... An ipso

Graecino patre? Quam molli qui pectore Romam

venerit ex Asia, posita feritate Quirina,

novimus... At susque id deque est. Cole ture deos, aut

\pard\sl312\slmult0 i, iam cara, foras hinc atque tuas tibi habe res.

\pard\sl312\slmult0 Me satis hic orbum parvus solabitur Aulus».

\pard\sl312\slmult0 Exululat subito consurgens caeca sedili

\pard\sl312\slmult0 protenditque manus ut opem latura querenti

filiolo mater, laerimasque effundit amaras



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 singultitque diu. Dein vocem rumpere tentat:
\pard\sl312\slmult0 «Quod precor ut tibi tu, mihi sim tecum ipsa superstes,
atque olim caros, ipsa duce morte, parentes
incolumes visat dulcis puer, Aule, putabis
esse nefas? Amor est». «Ergo ne desere iam nunc!»
\pard\sl312\slmult0 Haec vir firmus ait fixusque. Obmutuit uxor.
\pard\sl312\slmult0 Tum vox auditur, gracilisque silentia rumpit,
custodem pueri patulo rogitantis in oeco:
«Mater ubi est?» Cohibet cor palmis perdita mater.
«Mater ubi est?» Matremne diu sic quaerere perget,
\pard\sl312\slmult0 inveniet nusquam? lacrimas nocturnus inanes
\pard\sl312\slmult0 et gemitus effundet inauditamque querelam?



\pard\sl312\slmult0

«Mater ubi est?» Tres est passus progresso vacillans,
quos cuncti pariter gradienti corde secuntur:
stat circumspiciens, tactaque parumper acerra,
\pard\sl312\slmult0 dat tria tura foco. Fragrans odor atria mulcet.
\pard\sl312\slmult0 Adclamant omnes. Tunc Aulus Plautius: «Uxor,
insontem iudex ego te, sanctissima, dico.
Quin desiderio confectam testor amicae
munditias omnesque animi posuisse lepores.
\pard\sl312\slmult0 Haec illi referam, matrem qui fecit honestam
\pard\sl312\slmult0 de cultu luctuque ream. Quod restat, adhortor
ne nimium tribuas domui, pia, fida, priori.
Graecinum propriis sine iam custodibus uti
et laribus purum. Tibi vero deprecor, uxor,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ne discors animo iam pugnet laeta parum frons».

\pard\sl312\slmult0 Quae penitus posthac animo magis angitur aegra.

\pard\sl312\slmult0 Heu quotiens, puero dulcem quaerente sodalem,

exanimis surgit simulans se forte vocari,

conceditque alio! Quotiens: «Aegrotat» ait! «Cur

\pard\sl312\slmult0 non igitur visam?» respondet filius. «Est quod

\pard\sl312\slmult0 contactum caveam». «Me non sic ante docebas!»

Atque alias: «Numquid nobis succenseat?» «Ecquis?»

«Graecinus». «Quid ais?» «Vitat nos usque nec usquam est».

«At peregre est». «Ubi terrarum?» Suspirat et: «Heu! quo»

\pard\sl312\slmult0 inquit «iam non est ut tecum consequar, Aule!»



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Saepe puer sero dicebat vespere: «Mater,

\pard\sl312\slmult0 quin aliquid narras, ut lenius obdormiscam?»

«Lectorem qui narret, habes». «Minus ille movet me,

nam bellas verbo tenus accipio fabellas:

\pard\sl312\slmult0 tu vero... Dic, mamma, patrem, cui filius... Hic rem

\pard\sl312\slmult0 detractam patri peregre consumpserat omnem:

post vero ventrem siliquis implere volebat,

porcorum, puto, relliquiis... erat ipse subulcus...

nec quisquam dabat. Ecce, miser, procul omnibus "Heu me"

\pard\sl312\slmult0 inquit "apud patrem famulis est panis abunde:

\pard\sl312\slmult0 ipse fame morior!" Quid dixit deinde? Quid? "Ibo



\pard\sl312\slmult0

ad patrem dicamque: - Pater miserere mei, qui

cum non sim dignus tibi filius appellari,

utere me servo: da panis vivere frustis -".

\pard\sl312\slmult0 Ad patrem rediit. Pater autem... Mamma, quid egit,

\pard\sl312\slmult0 ut longe vidit, pater? Hoc, matercula, narra,

nam tu sola vales hoc enarrare diserte.

Quidve exclamavit? Nonne "Hic ex morte revixit"

Plenius hoc mihi tu». Lacrimis cui mater inusta:

\pard\sl312\slmult0 «Haec ego non memini: sed tu reminiscere tecum»

\pard\sl312\slmult0 Paulatim vero tum consobrinus amatus

\pard\sl312\slmult0 ex animo effluxit pueri, tum glande relicta

nequicquam ventrem cupiens implere subulcus,



\pard\sl312\slmult0

nec iam pastoris collo referentis ovem nec

\pard\sl312\slmult0 quaerentis meminit drachmam de nocte lucernae.

\pard\sl312\slmult0 Sed labi Graecina dies exhorret et annos

anxia guttatim, quasi de vitrea clepsydra:

namque dies aderat Domini, quem sanguis et ignis

et fumi vapor anteiret. Non palma nec alba est

\pard\sl312\slmult0 iam stola, qua vestita queat dextraque prehensum

\pard\sl312\slmult0 deducens puerum mortem transmittere mundi.

Ipsa sua puerique sui de fronte notata

delevit signum. Deus ut dignoscat? ut ignis

nunc det iter? «Puero moriendum est funditus! Omnis

\pard\sl312\slmult0 ipsa die moriar finita! Quidquid amavi,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nil fuerit». Puerum tunc furtim respicit ac flens
ingeminat: «Mortalis amor, dolor immortalis !»
\pard\sl312\slmult0 Interea patuit fumo manifestus et igni
\pard\sl312\slmult0 caeca nocte Deus. Nimbus caliginis urbem
\pard\sl312\slmult0 texit, et innumeris nubes sparsere favillis
\pard\sl312\slmult0 veloces, ventis rigide ringentibus actae.
Nam qui ventorum naresque iubasque tenebant,
tandem praecipites e cunctis partibus orbis
laxarant. Urbs Roma velut rogus ardet, et orbem,
\pard\sl312\slmult0 ingens ceu leti fax, collustrare videtur.
\pard\sl312\slmult0 Sanguine deinde pluit. Gladiis flammisque necantur

insontes. Alios contectos pelle ferina
discerpsere canes: alii per Caesaris hortos
arserunt pice fumantes et sulphure taedae.
\pard\sl312\slmult0 Romanos pascunt venientes undique corvos
\pard\sl312\slmult0 in crucibus patres: iactantur cornibus alte
taurorum in circo, turba clamante, puellae.
Quippe fatebantur quod iam Graecina negavit,
infelix! Sumptis illae de sanguine palmis
\pard\sl312\slmult0 alboque indutae violatum corpus amictu
\pard\sl312\slmult0 ibant dormitum, cryptis in pace sub imis
exspectaturae vitalis mane diei.
\pard\sl312\slmult0 Nec valuit Graecina nigris obsistere curis.
\pard\sl312\slmult0 Ecce sub occasum postico cauta domo se


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 subtrahit atque vias et vicos urbis oberrat

\pard\sl312\slmult0 ancillae similis: mutat calvatica vultum.

Devitat currus et equos turpesque susurros:

donec ad impositos venit arcus salva Capenae.

Egreditur Roma. Minor est clamorque fragorque.

\pard\sl312\slmult0 In terris umbrae, roseoque crepuscula caelo.

\pard\sl312\slmult0 Adsurgunt veteres utraque ex parte columnae

cippique et scripti lapides gestuque rigentes

aeterno statuae. Mediis it sola sepulcris

iam mulier, nec iam strepitus ferit ullus euntem

\pard\sl312\slmult0 praeterquam plaustrum presso procul axe gemens et

\pard\sl312\slmult0 cantus agasonis larvas metuentis et umbras.



\pard\sl312\slmult0

Pone vaporato flammarum sanguine Roma
velatur: tenuis venit a circo ululatus
et par exiguis gannitibus ira leonum.
\pard\sl312\slmult0 Tum vero in notam transverso tramite villam
\pard\sl312\slmult0 devertit Graecina: memor per opaca locorum
progreditur densaque domum petit arbore tectam.
Adloquitur paucis custodem: lampade sumpta,
descendit gradibus praeruptis pallida nocti
\pard\sl312\slmult0 sub terras: planumque solum vix contigit, atque
\pard\sl312\slmult0 per tenebras coepit longo levis ire meatu,
donec ad os aliud patulae telluris et arctum
descensum venit. Inferior descendit ad umbras
mater, qua nigrans hinc inde cuniculus hiscit

\pard\sl312\slmult0 et quoquoversus labor ancipitis labyrinthi.

\pard\sl312\slmult0 Attollens graditur dubitantem lenta lucernam,

\pard\sl312\slmult0 et cur hac vadat, quid quaeritet, ipsa sibi vix

respondere queat. Sub terris lampade quaerit

amissam drachmam. Gradiens legit ordine notos

\pard\sl312\slmult0 iam titulos, animo quos non deleverat aetas,

\pard\sl312\slmult0 cum nocturna piis coleret mysteria cryptis.

Hic agnum videt, hic saerum reminiscitur ichthyn,

hic modium frugum superantem vota satoris.

Hac equus excursis spatiis in sede quiescit;

\pard\sl312\slmult0 hunc redit in portum ratis; et fert ore columba

\pard\sl312\slmult0 ramum oleae, latas aut ad caelum explicat alas:

atque in perpetuum tandem tenet ancora vitam.

Et circum paries atque ipsa silentia putresque

ingeminant tenebrae, tremulo dum labitur igni

\pard\sl312\slmult0 lychnus: EN EIPHNH, VIVAS IN PACE DEI, PAX.

\pard\sl312\slmult0 Depositos ita dulcis habet pax. Est suus uni

\pard\sl312\slmult0 cuique locus somni. Petra est excisa sepulcrum:

ostia sunt lapides. Simili Deus aede quievit.

Miratur mulier quod nuper PACE sepulti

\pard\sl312\slmult0 et REFRIGERIO careant: sed balsama lampas

\pard\sl312\slmult0 urit et hos iuxta beneolenti lumine lucet.

Dependent phialae sparso modo sanguine tinctae.

\pard\sl312\slmult0 Lenta per ambages et dormitoria pergit,

\pard\sl312\slmult0 et placidi somni demulcet anhelitus aures

\pard\sl312\slmult0 ac respirantis sonitus vigil undique mortis.

\pard\sl312\slmult0 At lenis strepitus sensim mutatur in hymnum

ignotum totaque infinitate remotum,

mortuus in somnis velut unus cantet, et omnes

a cellis melos occlusis et verba canentis

\pard\sl312\slmult0 excipiant fratres exilique ore sorores.

\pard\sl312\slmult0 Tum consectatur gradiens Pomponia cantum.

Naenia clarescit muliebri mixta querela.

Naenia profecto est, qualis cantatur ut infans



\pard\sl312\slmult0

dormiat. Infantes sunt qui moriuntur, ut olim,

\pard\sl312\slmult0 et manci, linoque iterum, dum sidera surgunt,

\pard\sl312\slmult0 vinctos in cunis deponit sedula mater.

Nimirum exaudit voces IN PACE canentes

et cernit Graecina faces coetumque. «Quid hoc est?»

Nil aliud quam spargentes opobalsama vitreis

\pard\sl312\slmult0 e phialis pueri et demisso crine puellae.

\pard\sl312\slmult0 Atque alii palmas agitant et dicere certant:

ÄÏÎÁ ÓÏÉ ÅÍ ×ÑÉÓÔÙ. Mussantes flebile matres

et myrrha curant, et suavi corpus amomo

exanimum pueri. Tener et vivente videri

\pard\sl312\slmult0 pulcrior est. Metuit Graecina agnoscere vultum:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 quae tamen adstantes paulatim dimovet ac se
inserit. Heu! iugulum super albo pectore morsum
et latus excisum sulcatamque unguibus alvum
horret, et amenti similis: «Quid fecit?» ait. «Quid?
\pard\sl312\slmult0 Est fassus Christum». Pellis iacet hirta ferae, qua
\pard\sl312\slmult0 celatum gracilem puerum fregere molossi.
«Nomine quis?» Graecina rogat. «Lege», fossor ait «sis».
Et simul ostendit lapidem «POMPONIOS hic est
GREKEINOS». Laceris membris inducitur alba
\pard\sl312\slmult0 nunc stola: molle suo caput ipsum pondere nutat.

\pard\sl312\slmult0 Ille oculis ambit matrem quam saepe vocabat,

\pard\sl312\slmult0 et dulcem quaerit, siqua est, hinc inde gemellum.

\pard\sl312\slmult0

v. 69. Matth. VII: numquid colligunt de spinis uvam aut de tribulis ficus?

v. 117. Cfr. Ov. Pont. I, VI.

v. 143. Tac. I. 1.: post Iuliam Drusi filiam... interfectam.

v. 165. Ev. Luc. XV.

v. 188. A. A. II, 19 sq.: dabo prodigio... sanguinem et ignem et vaporem fumi... antequam veniat dies Domini magnus...

v. 192. Apoc. VII, 3: signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

v. 203. Apoc. VII, 1: vidi quatuor angelos... tenentes quatuor ventos terrae.

v. 214. Apoc. VII, 9: amicti stolis albis et palmae in manibus eorum.



\pard\sl312\slmult0

v. 223. Iuv. III, xi. Arcus autem aquae Marciae.

v. 235. Villam, puto, Lucinae, quam unam eandemque esse atque Graecinam L. B. De Rossi suspicatur. Pomponios autem Grekeinos in inscriptione quadam memoratur, quam vero ad saec. II referunt.

v. 264. Pax et Refrigerium in martyribus supervacuum videbatur.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0AGAPE

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Pax, Phoebe mater, tibi». «Pax tibi, Iunia». «Non est

ut dicas cena me pervenisse comesa:

omnes praecessi». «Praecedis iure». «Benigne.

Ut iuvat urbs? ut te vicus turarius? an non

\pard\sl312\slmult0 te desiderium Cenchraeae macerat orae?»

\pard\sl312\slmult0 «Cur, soror? Interdum me demigrasse negarim,

vocibus ut notis circumsonor. Est, puto, portus

urbs...» «Orbis, Phoebe, terrarum portus. Ut autem

rem geris? ecquidnam facis hoc ex ture lucelli?»

\pard\sl312\slmult0 «Sic satis. At nimium quam vos assistitis, ex quo

\pard\sl312\slmult0 adveni». «Merito: cum multis adstiteris tu».

\pard\sl312\slmult0 Haec sub dicta, fores patefiunt. «Pax tibi, Phoebe».

\pard\sl312\slmult0 «Pax tibi, Prisca». «Tibi, pax, mater». «Pax tibi, virgo».

«Plantam respicias in primo flore novellam,»

\pard\sl312\slmult0 Prisca ait «Anthusan». »Sic ros, Anthusa, riget te,

\pard\sl312\slmult0 et tener insertam distas oleaster olivam!

respondet Phoebe, dulcem complexa puellam.

Vesper erat primasque faces accendere tempus

tandem, namque aestiva diu subluxerat umbra:

\pard\sl312\slmult0 emicuit tandem patulis candela fenestris



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 et tremuit veluti multa lampyride vicus.

Nox subiit dubiis surgentis flatibus Euri

turbida: praetereunt ingentia nubila Romam.

Crevit at in triviis clamorque et turba popelli

\pard\sl312\slmult0 lucifugi, surdo flexus atque arcta viarum

\pard\sl312\slmult0 murmure fervebant. Resonant, temulenta popinae

cantica, mox raucae subito convicia rixae:

hic et sistra manu quatiunt et cymbala pulsant,

illic audiri frustra lyra trita laborat.

\pard\sl312\slmult0 Augur Phryx alibi vocat ad cantamina plebem

\pard\sl312\slmult0 vocibus et plausu: pergit Iudaeus ubique

circitor in cophino mercem laudare latentem.

Hunc inter strepitum turaria saepius hiscit

et versae leviter strident in cardine valvae.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Introeunt viduae demissoque ore puellae,
\pard\sl312\slmult0 et iuvenes vetulique senes vernaeque loquaces
et servus limis oculis circumspiciens et
diducta tunica faber: hic Syrus, huic caput albae
ora togae texit, valvas cum scalperet ungui:
\pard\sl312\slmult0 externi plerique viri, pressisque canentes
\pard\sl312\slmult0 per Tuscum vicum Solymorum cantica labris.
Ingressi pacemque ferunt et pace fruuntur.
Oscula dant tacitique sedent. Obmurmurat Eurus
et fremitum Romae fert circumstantis ad aures.
\pard\sl312\slmult0 Apponebatur iam Phoebe cena ministra
\pard\sl312\slmult0 et varius mensam iam cinxerat ordine coetus:



\pard\sl312\slmult0

accedit cunctanter anus. Consurgitur. Adstat
immemor, ut si oculis nihil unum cernat apertis,
et canum caput assidue tremit. «ÅἰñÞíç óïé,
\pard\sl312\slmult0 ὦ ÌáñéÜì» Phoebe submisse dicit anumque
\pard\sl312\slmult0 collocat in medio. Cuncti spectare sedentem.
Illa superciliis et crinibus annuit albis.
Sic nive subtiles arbos circumlita ramos
alto in monte diu micat et concussa tremit vi
\pard\sl312\slmult0 iam procul elapsi cum magno murmure venti,
\pard\sl312\slmult0 «Illa Deum vivum» cum virgine Prisca susurrat
«vidit, quem tacito cum quaereret inde sepulcro,
audit, NON EST HIC. Ex illo muta nec audit
nec videt: exspectat: nutu vidisse fatetur».

\pard\sl312\slmult0 Atque iterum ad mensam sedere modestius, et cum

\pard\sl312\slmult0 pauper inops lauto cuidam decederet, iste

«Servus es in Domino, Domini libertus es» inquit:

dixitque Urbanus «Bene mane unde unde profecti

ecce in quadrivio noctu consistimus. Et nox

\pard\sl312\slmult0 excipit adversos, dimittit postera fratres

\pard\sl312\slmult0 lux». «Atque ipsa quidem» respondet Epaenetus «est nox

insuavis: nubesque volant ventique recursant

et prope nimbus adest...» (Tum vero flamine rauco

pulsa vacillabat longum domus) «Est ita tectum

\pard\sl312\slmult0 dulcius, et simul esse iuvat magis, et satis una



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 tam multos delectat olus cenare patella».

Hic Urbanus: «Olus sed enim contemnis, Apella.

Num male olet?» «Vetitum nobis olet» inquit.

«An ergo esca Dei regnum est?» »Hac vesci carne vetat lex».

\pard\sl312\slmult0 «Lege fides Christi potior». «Quin Christus adimplet,

\pard\sl312\slmult0 non delet legem». «Comitem, morose, moraris,

atque offendiculum petis ipso ex aggere: quare?»

Ecce viatores communis poenitet escae

et tectum subiisse piget commune. Siletur.

\pard\sl312\slmult0 Paulatim nec edunt obtutumque in dape figunt,

\pard\sl312\slmult0 ventosque et nimbum quam torva silentia malunt.

«An Iudaeorum Deus est tantummodo? Nonne
et nostri?» Sic alterius serit alter in aure:
«Est, quicumque sibi est bene conscius, ipse sibi lex».
\pard\sl312\slmult0 Vox Aquilae tandem compressit clara susurrum:
\pard\sl312\slmult0 «Quisquis es, Hebraei seu sanguine, sive Quirites,
dives, inops, liber, posita sive emptus ab hasta,
inter vos, fratres, haec summa est legis, amate!»
\pard\sl312\slmult0 Servi consurgunt, hic nudos illitus alba
\pard\sl312\slmult0 calce pedes, punctamque gerens hic stigmate frontem,
\pard\sl312\slmult0 hic fractus clavis, hic ustus membra flagellis,
attritique manus manicis et compede crura.

Hi mussant queruli, dein vociferantur: «Eundum est.

Exspectat mola: quippe asini vice fungor». «At ipse

\pard\sl312\slmult0 sum canis, et servanda mala mihi ianua nocte est:

\pard\sl312\slmult0 me religant, ne abeam venari, scilicet, ossa in triviis».

«Fratres, iam vivite. Forsitan altus

a corvis cras frustatim circumferar urbem».

«Forsitan hoc hodie muraenas corpore pascam».

\pard\sl312\slmult0 «Quando dies Domini veniet? Mora longa necat nos.

\pard\sl312\slmult0 Quando salus? Numquamne Deus pede conteret hostem?

Nondum signa vident homines. Ubi sanguis et ignis

et fumi vapor?» Hanc servi gemuere querelam.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Nox, fratres, praecessit: adest iam mane diei.

\pard\sl312\slmult0 Diffugiunt tenebrae: de somno surgere tempus

\pard\sl312\slmult0 exsolvique umbris lucisque accingier armis.

Qui gaudet, qui flet, cur gaudeat et fleat, est vix.

Praeterit hic mundus iamque hoc evanuit aevum».

Haec Aquila, adsensuque anus excipit omnia nutuque

\pard\sl312\slmult0 assiduo, visura Deum, quem vidit, et ignem.

\pard\sl312\slmult0 Iamque videbatur caelum suffire vapore

ventus ab aurorae crebrescens partibus. Illi

tunc memorant Domini mortem redeuntis, et «O, qui

detrudis reges abiectosque erigis, audi!

\pard\sl312\slmult0 da nobis pacem, da te concorditer uti:

\pard\sl312\slmult0 appare tandem» convivae voce precantur.

Dein panem Stachys accepitque et fregit adorans:

«Ut grano ex uno succrevit spica sepulto,

haec genuit spicas, spicae fecere maniplum,

\pard\sl312\slmult0 hi segetem, convecta autem seges undique panem:

\pard\sl312\slmult0 sic de cardinibus terrarum quattuor unum

in regnum populi coeant agapeque fruantur,

Christe, tua». Fracto vescuntur pane, venitque

in mentem panemque Deus vinumque ministrans,

\pard\sl312\slmult0 ut natis genitori cum iam discederet, et crux

\pard\sl312\slmult0 quadrivio signans ingenti nubila caeli.



\pard\sl312\slmult0

Dein Stachys: «Hinc» inquit «Mors immortalia discat.

Adsit, qui sanctus: qui nondum, fiat et adsit.

Gratia descendat, mundusque recedat in auras,

\pard\sl312\slmult0 ex tuguri tecto tenuis sub vespere fumus...»

\pard\sl312\slmult0 At surrexit anus vocemque erupit anhelam:

«ÌÁÑÁÍ ÁÈÁ». Crepitant flammae, micat ignis, et igni

ignem adflat flammasque furens diverberat Eurus.

«ÌÁÑÁÍ ÁÈÁ» geminat flammis cingentibus amens

\pard\sl312\slmult0 et pronis genubus procumbit. Clamor ubique

\pard\sl312\slmult0 et fuga. Ventus obit longis ululatibus urbem,

scintillas fumumque ferens, pinguesque tabernas



\pard\sl312\slmult0

de taedis pergit deinceps accendere taedas.

Convivaeque ruunt complentque angusta viarum,

\pard\sl312\slmult0 et DOMINUS clamant VENIT, et sonat ignis et aestus.

\pard\sl312\slmult0 Ac dum praetereunt, meretrices fornice nudae

\pard\sl312\slmult0 erumpunt, mixtaeque lupae cum virgine currunt,

clamantesque senex sequitur Iudaeus et urget:

«O desertores corruptoresque, quid ignis

\pard\sl312\slmult0 ille sibi, quid regna velint, nunc scimus. Id iste

\pard\sl312\slmult0 rex erat adveniens orbi laturus et urbi!

O templi populique faces, non impediet crux

quominus ignem igni... facis est ardere... luatis».

\pard\sl312\slmult0 Nil respondebant miseri clivumque petebant



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 certatim. Clivo iam femina virque potiti
\pard\sl312\slmult0 ducebant animam. «Te iam vidisse» vir inquit
«mi videor». «Bene te» respondet femina «novi
et memini. Valuitne Nero compellere tandem
ut vivos ederes homines?» «Locusta! Probe nunc
\pard\sl312\slmult0 commemini, crudumque voro, Locusta, ego, rodis
\pard\sl312\slmult0 tu». «Nunc ille, puto, felix invenit cum qui
commodius quam nos homines absumeret: ignem».
Namque illinc flammis caelum terramque videbant
misceri mersamque atra caligine Romam.
\pard\sl312\slmult0 Interdum vero ruber exardescere fumus

\pard\sl312\slmult0 undique scintillans, et acutum stridere ventus.

«Audisne? Haec cithara est» inquit Locusta «Neronis».

\pard\sl312\slmult0   Iamque etiam clivum summum confusa tenebat

\pard\sl312\slmult0 e latebris agapes patuloque e fornice turba.

\pard\sl312\slmult0 Respiciunt rutilam flammis superantibus urbem.

\pard\sl312\slmult0 Incensus late vicus spargebat odorem

turis, ut immensam si mactaretur ad aram:

lucebatque focus: propiorque Anthusa Lyciscae

virginea nudam velabat veste sororem.

\pard\sl312\slmult0

vv. 1, 5, 10, 11. Paul. ad Rom. XVI, 1 sq. Commendo autem vobis Phoeben sororem nostram, quae est in ministerio Ecclesiae, quae est in Cenchris, ut eam suscipiatis in Domino



\pard\sl312\slmult0

digne sanctis, et assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, et mihi ipsi.

v. 1. id. ib. 7. Salutate... Iuniam.

v. 13. id. ib. XVI, 3. Salutate Priscam.

v. 16. id. ib. XI, 17... tu autem cum oleaster esses, insertus es etc.

v. 50. Paul. ad Rom. XVI, 6. Salutate Mariam, quae multum laboravit in vobis.

v. 62. Paul. ad Cor. I, VII, 22.

vv. 63, 66. id. ad Rom. XVI, 9 et 5.

v. 73. Fuerunt, opinor, u n c t a *pingui oluscula lardo*.

v. 75 sqq. Vide Paul. Ep. passim, ut ad Rom. XIV, 10 sqq. XVI, 17, III, 29, II, 14.

v. 85. id. ad Rom. XVI, 3. Salutate... Aquilam etc.

v. 88. Paul. ad Rom. XIII, 10: Plenitudo ergo legis est dilectio.



\pard\sl312\slmult0

v. 101 sqq. Paul. ad Cor. I, III, 13: Dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur: et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.

v. 102 sqq. id. ad Rom. XVI, 20: Deus autem pacis conterat Satanam... XIII, 11 sq. hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus... Nox praecessit, dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis...

v. 104 sq. A. A. II, 19 sq.: dabo prodigia in caelo sursum, et signa in terra deorsum *sanguinem et ignem et vaporem fumi*... antequam veniat dies Domini...

v. 108 sq. Paul. ad Cor. 1, VII, 29 sqq.: Tempus breve est.... qui flent tamquam non flentes et qui gaudent tamquam non gaudentes... praeterit enim figura huius mundi.

v. 118. Paul. ad Rom. XVI, 9... Stachyn dilectum meum.

v. 128 sqq. Nonnulla hic et supra - vv. 119 sqq. - sumpsi ex *Doctrina Apost*. 10 sqq. ut illud Ìáñàí ἀèÜ, Dominus venit.

v. 154 sq. Cfr. Suet. Nero, 37.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0PAEDAGOGIUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Forte Palatinae pueris ludentibus aedes

fervebant. Princeps aberat Pius urbe Severus

cum tandem muro Pictos arceret et armis.

Multus at ipsius procul in penetralibus aulae

\pard\sl312\slmult0 5obses alebatur deductosque undique Romam

\pard\sl312\slmult0 libera servabat teneros custodia reges.

Litterulas ibi discebant ferulamque piumque

Vergilium, et nitidae nudabant membra palaestrae:

et nucibus locus et discis, et tempus erat, cum



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 iret in occiduos radio trochus incitus orbes.

\pard\sl312\slmult0 Obliti patriae, nebulis seu fumida late

sive oriente ferax illis sub sole iacebat,

ludebant pueri: follem mittebat Hiberus,

excipiebat Arabs; nucibus quae struxerat Afer,

\pard\sl312\slmult0 collabebantur iactu castella Britanni.

\pard\sl312\slmult0 Hinc iocus et parvae magno cum murmure rixae.

Ut cum deiectus subitis de nubibus imber

diversas oppressit aves et adegit in unum:

omnigenae coeunt in densum frondibus hortum

\pard\sl312\slmult0 aut nemus impluvii, et tacitae, dum detonet, una

\pard\sl312\slmult0 sub foliis latitant, ubi nescit passer alaudam

iuxta tendentem necnon acalanthida parus:

vix autem coepit per destillantia circum

omnia ramorum splendescere versicolor sol,

\pard\sl312\slmult0 altera iam plaudit, iam pipilat altera, mussant,

\pard\sl312\slmult0 pileolum de fronde rubens haec exserit, atrum

illa galericulum, dein ludunt, en micat alis

omne nemus variisque sonant concentibus aedes.

\pard\sl312\slmult0 «Heus tu (crine nigrum rutilus puer ipse capillo

\pard\sl312\slmult0 increpitat puerum) Syre vel Chaldaee vel...» «Est mi

\pard\sl312\slmult0 nomen Alexameno». «Curto succede trigoni

tertius». «Hos immo versus ediscere malim

TU REGERE IMPERIO, qui mox proferre iubebor».

Constitit in verbo cum iam secretus abiret

\pard\sl312\slmult0 multiplici rapta membrana. «Linque libellum
\pard\sl312\slmult0 hunc sordescentem tineis atque excipe nostram
rite pilam». «Tiro, Karei, prorsus in isto
sum lusu». «LUSUS, sapiens ait ille, MAGISTER
OPTIMUS». «USUS id est, teneo si verba monentis».
\pard\sl312\slmult0 Ambo riserunt: hic lenius, omnia quippe
\pard\sl312\slmult0 discolor et faciem vocemque et membra sodali,
exilis glaucaque genas suffusus oliva.
Qui tunc arridens: «Alias colludere certem:
nunc sine: nam crebro stomachatur grammaticus, quod
\pard\sl312\slmult0 in latiis verbis tamquam peregrinus oberrem».
\pard\sl312\slmult0 «Nonne loqui graece, velut est qui cretus Athenis,



\pard\sl312\slmult0

me iubet Oceani maris ipso in litore natum?

At lavet Aethiopes putidus sine graeculus. Adsis».

«Ignosces mihi tu: cupio voluisse videri».

\pard\sl312\slmult0 «Quid? Nonne in graecis peccamus vocibus ipsi

\pard\sl312\slmult0 saepius ac iam tu, puer ambitiose, latinis?»

«Non ita, pace tua: quin me sic corripit, ut iam

me pigeat dare verba seni». «Palparis asello,

ne feriat». «Non sic, qui possit iure, vocat nos

\pard\sl312\slmult0 praeceptor». «Tortor potius sine fraude vocandus».

\pard\sl312\slmult0 «Quin pius est». «Si te mala crux iuvat, utere porro».

«Quid loqueris?» «Sunt quos et crux delectat». «Ain tu?»



\pard\sl312\slmult0

«Restat ut et turpem pecudem venereris, ut isti
fossores, panem qui mixtum sanguine rodunt.
\pard\sl312\slmult0 Nam quid secedis? quid muttis usque? quid arces
\pard\sl312\slmult0 et fugis aequales? utne, hoc sed credere nolo
ridiculo cuidam, dicas sua carmina Christo?»
Inde pilam versans dextra laevaque «Quid?» inquit:
«ludis?» Alexamenos nihil his respondet, at oris
\pard\sl312\slmult0 iam velox aquilum lambebat fiamma colorem:
\pard\sl312\slmult0 iamque hiat et resilit. Madefiunt lumina fletu:
obvertit faciem. Tum quam Kareius habebat
in manibus, libravit agens multaque pilam vi
impegit puero: subitoque exarsit in iram

\pard\sl312\slmult0 laesus Alexamenos: qui Gallum mole valentem
\pard\sl312\slmult0 assultu petit, e viridi velut exsilit ulva
Euphratis patrii subtili corpore pardus.
Inceptam saeva sed pugnam voce diremit
obvius et ferula custos, Gallumque rebellem
\pard\sl312\slmult0 arripuit, sanctum puerum qui laeserat ultro,
\pard\sl312\slmult0 atque in contiguum foribus conclave reclusis,
impulit increpitans obluctantemque coegit.
\pard\sl312\slmult0 Hic pugnoque fores terramque diu pede tundit,
\pard\sl312\slmult0 et lacerare genas et rufum scindere crinem
\pard\sl312\slmult0 pergit, et absenti dirus modo multa minatur
\pard\sl312\slmult0 vociferans, modo submissim suspirat inultus,


\pard\sl312\slmult0

alteriusque odio se rursum plectit et odit:
donec inexpleto singultu pectora ducens
in graphio tacitus, quod ibi pede presserat, haeret.
\pard\sl312\slmult0 En graphium rapit, en paries inscribitur asper.
\pard\sl312\slmult0 Crux oritur duplici de muri vulnere: corpus
humanum cubitis suffigitur in cruce late
explicitis, transversa pedes at linea fulcit.
Tum fixi est hominis cervix asinina caputque
\pard\sl312\slmult0 auritum. Iam non scribentis lumina turgent.
\pard\sl312\slmult0 Dein facit adstantem pecudique in stipite fixae
oscula praebentem puerum seu thura sinistra.
Iam non singultit Kareius. «Quis neget» inquit

«hunc ipsum puerum purum putumque videri?
\pard\sl312\slmult0 Sed ne quis dubitet, iuvat ipsum scalpere nomen.
\pard\sl312\slmult0 Utar, ut in graeco, graecis verbisque notisque.
Non, licet exciderit, mendum venabitur auceps
hic unum quodvis». Tunc tristi nube solutus
scribit ÁËÅÎÁÌÅÍÏC CÅÂÅÔÅ ÈÅÏÍ, et sibi plaudit.
\pard\sl312\slmult0 At vergente die, cum longius omne sonaret
\pard\sl312\slmult0 murmur, et ipse magis solum sentiret in umbris
se puer, en abeunt quae riserat omnia quaeque
fleverat, ira cadit, linquunt mala gaudia mentem.
Quidquid erat nuper, nihil est: effluxit: at adsunt


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 quae procul atque olim, nec iam reditura, fuerunt.

\pard\sl312\slmult0 It iussus cubitum. Notos torus excipit artus.

Emicat extremum lychnus. Vix ordine vidit

incertos circum tenebris et nocte grabatos.

Obruerat pridem consortia corpora somnus,

\pard\sl312\slmult0 et levis implebat puerorum spiritus aulam.

\pard\sl312\slmult0 Ipsi nulla quies, et menti multa recurrunt.

O pater! o genetrix! o nigra consita quercu

tellus et sparsum cani maris aequor alutis!

Omne ibi permissum, nisi quod pater ipse vetaret:

\pard\sl312\slmult0 verbera quae, mater, nolles avertere, nulla.

\pard\sl312\slmult0 Quos ubi nunc putet esse? quid omnia vivere passos?

aut quibus in latebris aut qua tellure sepultos?

Nil praeter maerere datur, modo corde tenus: nil

tam multos prodest socios habuisse doloris.

\pard\sl312\slmult0 Dum vigil haec secum meditatur, forte sodalem

\pard\sl312\slmult0 sensit adhuc alium prope se vigilare, moveri.

Auscultat. Lecto sensim delabitur ille,

tangit humum genibus, tenebris si credere par est.

Noscit Alexamenon Kareius. «Quid dolet?» inquit

\pard\sl312\slmult0 «quemve deum videt in tenebris? quid poscit et orat?»

\pard\sl312\slmult0 «O PATER» ille infit tenui proferre susurro

«QUI CAELOS HABITAS». Nox cetera sorbet, et aurem

confuso feriunt intentam murmure verba.



\pard\sl312\slmult0

Tandem Kareius soppressa voce: «Mihi tu

\pard\sl312\slmult0 ignoscas, precor». Attonitus respondet: «Et ipse,

\pard\sl312\slmult0 Karei, vigilas?» «Frustra dormire laboro».

«Hoc, ignosce, mea tibi culpa contigit». «Immo

ultro ego te laesi». «Debebam ferre sodalem

atque aliquam misero veniam dare. Num dabit alter,

\pard\sl312\slmult0 si mihi tu, frater, tibi si miser ipse negaro?

\pard\sl312\slmult0 Cura tibi sensus ipsis in lusibus angit

tristior». «En unquam patriam dulcemque revisam

matrem? Nam carum despero posse parentem.

Ex quo sum miser heu nimis et nimis improbus idem».



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Haec fatus lacrimas fundit Kareius, et umbram

\pard\sl312\slmult0 praetentat, dextram dextrae iuncturus amicam.

Surgit Alexamenos maestoque dat oscula maestus,

et gaudent lacrimis socioque dolore fruuntur.

Circumstat nox alta silens tenebraeque soporae.

\pard\sl312\slmult0 Interdum sonat in somnis hinc fletus et illinc

\pard\sl312\slmult0 alterius balbis subito querimonia verbis.

Kareius «Cur» inquit «ego te saepius ira

excrucior?» «Frater, quia sum minus ipse miser te»

inquit Alexamenos. «Quid? tu non exul item? non

\pard\sl312\slmult0 orbus item patre, matre pia? non solus et exspes?



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Aut tibi compertum est aliqui superesse parentes?»

«Compertum nihil est». «Ergo?» «Sed mater eunti

constituit mihi fida locum quo visere rursus

complectique iterum decreto tempore possem».

\pard\sl312\slmult0 «Quemne locum?» «Caelum». «Quis erit tibi dux?» «Deus». «Illen

\pard\sl312\slmult0 a quo poscebas aliquid modo, nec mihi prorsus

nec tibi conspectus?» «Videt ambos ille». «Putemne

Theutaten quandoque ducem per opaca viarum

affore?» «Quin Deus hoc Deus uno nomine nobis».

\pard\sl312\slmult0 «Morte quidem potior?» «Iam desiit esse sui mors:

\pard\sl312\slmult0 servit, et ipsa domum nos quandocumque reducet».

«Cur haec ore diu pressisti magna, sodalis?»

«Extremum complexa tenens in litore mater

abiurare nihil, nihil ultro prodere iussit».

\pard\sl312\slmult0 «Nescioquae misero solatia maesta dedisti.

\pard\sl312\slmult0 Nunc somnum capiam. Nemo mihi carior est te.

Obdormi». «Frater, tranquilla in pace quiescas».

Coepit uterque puer placide dormire: diuque

conticuere: levi cum Gallus voce: «Quid» inquit

\pard\sl312\slmult0 «saepe vocas fratrem?» «Deus est pater omnibus unus».

\pard\sl312\slmult0 «Qui caelos habitat Deus?» «Et quo rege resurgas

et vivas demum». «Et liceat mihi visere matrem».

\pard\sl312\slmult0 Praetor Alexamenon, pueris adstantibus, ad se



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 mane vocat. «Sapiens» inquit «frugique videris
\pard\sl312\slmult0 esse puer, quamquam scimus rumore vago te
\pard\sl312\slmult0 iampridem laedi. Rumor percrebuit: ipse
nunc paries loquitur. Te rodunt, optime, Christo
addictum, pecudique pium dare thura». «Quid» inquit
«cum pecude est commune pio?» «Neque cum cruce, opinor.
\pard\sl312\slmult0 Crux linquenda malis latronibus et fugitivis
\pard\sl312\slmult0 illa. Crucem corvi venerentur iure. Tacesne?
Sed ne plura, puer, domino nostroque tuoque
cognomen scis esse Pio nomenque Severo.
Iam Christo maledic». «Benedico». «Pessime, legem

\pard\sl312\slmult0 nosti». «Lex Christus, dominus Deus est mihi». «Castis

\pard\sl312\slmult0 a pueris discede. Veni. Mihi salvus erit grex.

Decedas cum peste tua dum pestifer unus».

«Falleris: ecce alium» exclamat Kareius, et offert

se fratri, iunctaque manu comitatur euntem.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult

0FANUM APOLLINIS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Putre senescebat deserto in litore fanum.

Semirutae stabant hedera cingente columnae,

muscus humi triglyphos circum lateresque linebat,

iamque ipsum limen tenues effuderat herbas,

\pard\sl312\slmult0 et rubus implerat multa propagine lucum.

\pard\sl312\slmult0 Aeditumus morti servabat proximus aedem

iam collabentem, veteres vetus ipse ruinas.

At cellae in medio, taciti velut immemor aevi,

arboris haerebat trunco modo puber Apollo.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Iamdudum priscis aberant sua numina templis,
\pard\sl312\slmult0 templaque corruerant: terra caeloque repulsi
daemones errabant, ventis et nubibus acti:
deseruere Lares vicos et compita: passim
deflebant fontes summisso murmure nymphas.
\pard\sl312\slmult0 Unus in occulto fani iuvenalis Apollo
\pard\sl312\slmult0 stabat agens aliud, subrepentique lacertae
insidiabatur. Suspendit dextra sagittam:
ipse silet: sese iamiamque lacerta deo dat.
\pard\sl312\slmult0 Dum cellam scopis verrit bene mane sacerdos
\pard\sl312\slmult0 et puero non nulla loquax edisserit ex re
\pard\sl312\slmult0 marmoreo... clari florebat lumine solis


\pard\sl312\slmult0

vividus... ecce fores paulum crepuere. "Quid?" inquit
aeditumus "sonitum fecisse fores rear? Immo
trabs fecit rimam, nisi si levis exsiluit mus".
\pard\sl312\slmult0 Mox cum securus deverrere pergeret aedem,
\pard\sl312\slmult0 pultatum est iterum. «Quis me vult?» inquit, et anceps
apportans laeva scopas processit in aulam
excussitque seram. Tum putres dextera valvas
adduxit molita diu. Caprarius extra
\pard\sl312\slmult0 limen erat peramque humeris suspensus et utrem,
\pard\sl312\slmult0 haerebatque pedo connexis cruribus haedus.
\pard\sl312\slmult0 «Salvos sis» inquit. «Salve» respondet. «Oportet
\pard\sl312\slmult0 hoc fanum, ut quidam monstravit, Apollinis esse».

«Est, vel potius fuit: hinc, reor, in tua pascua longe est».

\pard\sl312\slmult0 Explicitos pastor digitos intendit in auras,

\pard\sl312\slmult0 et per caeruleum circumtulit Apenninum.

Olli abscondebat caulas mons concolor aethrae.

«Quid cessas» inquit «divinam qui faciat rem

huc unum quemvis arcessere? Iam satis haedus

\pard\sl312\slmult0 illisit laxum tergo caput. Estne sacerdos

\pard\sl312\slmult0 intus?» «Apud te adest». «Facis ergo munditias,

qui idem sacra facis?» «Facio». «Miseranter». «Oportet

quicquid di dant, ferre». «Senex, audire domi me

dicentem memini proavum... Bene cascus et idem
\pard\sl312\slmult0 durus erat, quernus, minime cariosus... Is autem
\pard\sl312\slmult0 in caulis super hoc dicebat Apolline multa.
"Hunc semel in vita, quae res bene vortat, adite:
nam valet et pollet morbos difendere visos
invisosque, luemque averruncare necemque,
\pard\sl312\slmult0 atque bonam dare pastori pecubusque salutem".
\pard\sl312\slmult0 Haec avus et pater et patruus neglexit: at ipsi
nulli sunt, nosmet reliqui, nati pecus uxor,
vix vitam colimus. Scabies nunc temptat oves, nunc
intereunt oppressa gelu mihi pabula, pupus
\pard\sl312\slmult0 aegrotat, resonant ululatus nocte luporum:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 neglectus nobis suscenset pastor Apollo.
Quare in mente dapem hanc est pollucere deo, si
iam parcat faveatque mihi deus, hac dape mactus».
\pard\sl312\slmult0 Dixerat, exanimemque revinctis cruribus haedum
\pard\sl312\slmult0 deposuit. «Quamquam vereor ne non satis aequus
\pard\sl312\slmult0 ipsi sit tibi, care senex, ita sunt inopes hic
res nudaeque:» simul secum haec muttivit, «Agisne hoc,
pater?» inquit «opus nunc est popa». Scalpere frontem
aeditumus digito, dein rispondere: «Quid haedo
\pard\sl312\slmult0 est opus? A cultris refugit genetivus Apollo.

\pard\sl312\slmult0 Cur non in luco verbenas, pastor, euntes

tollimus? Est illic herbaeque et frondis abunde».

Monstrabat lucum: stratum demisit in haedum

mox oculos. «Quin solvis?» ait: «quam fune secatur!

\pard\sl312\slmult0 quam distorquetur! Sane sitis enecat aegrum

\pard\sl312\slmult0 consumitque fames. Est fons ibi dulcis aquae, sunt

et rubus et ruscum. Vesci sine fraude licebit,

quamvis in luco, summosque arrodere sentes».

\pard\sl312\slmult0 Haud mora: reptabant intra penetralia luci

\pard\sl312\slmult0 umbriferi, tremulis cum matutinus ab umbris

\pard\sl312\slmult0 sol viridaretur. Fungos humus acris olebat



\pard\sl312\slmult0

et frondes lapsas et lapsi temporis annos.
Nil exaudiri, nisi quem, cum tunderet ornum,
ediderat sonitum percusso cortice picus.
\pard\sl312\slmult0 Ibant per sacram tacita formidine silvam,
\pard\sl312\slmult0 nunc excerpentes de lauro germen odora,
nunc de rore maris. Tum, si qui natus in umbra
flosculus extulerat laetum caput, ecce legebant
vincas pervincas et purpureas cyclaminos.
\pard\sl312\slmult0 Pone trahebat humo torpentia cruscula sospes
\pard\sl312\slmult0 haedulus, hic mordens paliuros, hic piger herbas
de genibus circum tondens: paulumque moratus
sectabatur erum cum perpetuo vagitu.

Hinc redeunt ambo florem frondemque ferentes
\pard\sl312\slmult0 ad cellam: premit aeditumi vestigia pastor.
\pard\sl312\slmult0 Cominus insidias etiam faciebat Apollo
bestiolae. Levis intus erat maris aestus anheli.
Spiranti pectus puero salit: ecce sub ictu est!
iamque hiat: et rosea pubescere luce videtur
\pard\sl312\slmult0 solis et aeterno suffundi sanguine corpus.
\pard\sl312\slmult0 Restitit upilio: quem sic affatur in ipso
\pard\sl312\slmult0 limine cunctantem summissa voce sacerdos:
«Ne metuas: puer est deus, idem et pastor et is, quem
puris exoret verbenis et prece pastor.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quicquid enim tibi subrepsit domuique gregique
\pard\sl312\slmult0 advorsi vel pervorsi, viden? esse lacertam
istam crede mibi, quam mox fixurus Apollo est.
Nunc, quod sit faustum fortunatumque, favete,
quisquis ades, linguis...» Tum vox audita: «Quis istic
\pard\sl312\slmult0 vivit adhuc? Lemuresne putem sagasque morari
\pard\sl312\slmult0 hic ad daemonicam, vivis procul omnibus, aram?»
\pard\sl312\slmult0 Cum multis aderat populi primoribus ipse
\pard\sl312\slmult0 consul ab oppidulo, steteruntque in limine cellae
attoniti. Tutae catulos ubi ludere vulpis
\pard\sl312\slmult0 censuerant, en semiruta securus in aede


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 lumine florebat iocundi solis Apollo.

Semifer hinc tectus caprino vellere faunus

astabat, pius hinc canenti crine sacerdos:

ambo, purpureis onerata floribus ara,

\pard\sl312\slmult0 pergebant herbas et olentes tendere lauros.

\pard\sl312\slmult0 «Acti, vivis adhuc et spiras? Estne sepulcri

\pard\sl312\slmult0 exitus, ac larvis das flores umbra? Sed umbram

ipse facis, viso palles me consule: vivis.

Immo sacrilegis audes operam dare sacris,

\pard\sl312\slmult0 fictilium sero cultor, pagane, deorum.

\pard\sl312\slmult0 Tempus erat, cives, istuc adducere nunc, qui

haec stabili petrae sacraret rudera Christo.

Presbyter, accedas! Antistes daemonis, exi!»



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Dixerat: obstupuitque senex, et pulsus abibat
\pard\sl312\slmult0 et solus secum sacris errabat in umbris
\pard\sl312\slmult0 horrentis nemoris. Nemus autem reddere voces
argutas avium, domino veniente, Novi quid?
et balare sagax auditis passibus haedus.
Ille nihil: sed mentis inops huc fertur et illuc,
\pard\sl312\slmult0 donec in assueto deprendit limine cellae
\pard\sl312\slmult0 ipsum se stantem. Nemo non cesserat. Unus
tantum erat, aeternis in lusibus omnis, Apollo,
cellaque proiectis foliis sordebat, et auras
sufflerant dulci florum marcore corollae.
\pard\sl312\slmult0 Progressus loquitur pius ultima verba sacerdos:

\pard\sl312\slmult0 «Mi deus, ecce abeo, tibi quem servire vides iam
a pueris: sed nunc senior discedere cogor
iamque mori sine te. Quin te male malleus ipsum
mulcabit, scindent cunei tibi corpus, Apollo!
\pard\sl312\slmult0 Cur? Nec es informis, nec sunt haec obsita turpi
\pard\sl312\slmult0 membra situ. Puer es, mirum quam pulcher, Apollo!
Vi te detrudent solio, te limine templi
pellent, dum ludis nec quemquam laedis: at ultro
te scalpris laedent, tibi findent ora dolabris
\pard\sl312\slmult0 dein te defodient et condent monte sub alto,
\pard\sl312\slmult0 nequiquam! Tu nempe micas ex aethere summo,
cor caeli, tu res aeterno sanguine nutris:
mens mundi, mentes ex te diffundis, ab igni


\pard\sl312\slmult0

utpote inextincto quae dissiliunt scintillae:
\pard\sl312\slmult0 astra puer cogis, claudis vaga sidera pastor,
\pard\sl312\slmult0 atque infinitum spatiaris per nemus, o Sol!»
Ingressus tacito cellam pede presbyter audit
haec tacitus, tandemque: «Senex, Deus est bonus» inquit
«pastor, qui bene novit oves, qui diligit aequus,
\pard\sl312\slmult0 qui redimit, qui servat...» «Ais, peregrine, quod aio».
\pard\sl312\slmult0 «Immo alia». His dictis ambo siluere: sed alter
\pard\sl312\slmult0 alterius vultum et rugas lustrabat, et albam
\pard\sl312\slmult0 demirabantur nimis ampla fronte senectam.
Mox alter graviter suspirans incipit: «Acti!
\pard\sl312\slmult0 effigiem pueri, ceu subter nubila lunam,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 invenio... quam longa brevi dilabitur aetas...
te puerum video, puer et comes addor eunti
ad ludum: loculi crepitanti audimus eundem
grammaticum: mihi das usum, si forte, libelli,
\pard\sl312\slmult0 ipse tibi cerae: quid dicam, subicis: afflo,
\pard\sl312\slmult0 quid recites: unaque die vergente redimus,
et mea te, tua me matercula blanda priorem
stans in vestibulo compellat nomine, quod nunc
ex animo fluxo nomen tibi decidit...» «Heron!»
\pard\sl312\slmult0 exclamatque senex amplexaturque sodalem.
\pard\sl312\slmult0 Desuper implexis senibus puer imminet, una
in re defixus nec eos e marmore curat.


\pard\sl312\slmult0

At quasi per nebulam lacrimis manantibus illum
aeditumus videt ac maerens affatur amicum:
\pard\sl312\slmult0 «Heron, ergo ideo tu post oblivia rerum
\pard\sl312\slmult0 longa redis, ut sit qui nos expellat ab aris
divineque deum meritum deturbet avorum?»
Squalorem maestis oculis maciemque loquentis
Heron et sensim fissi laquearia tecti
\pard\sl312\slmult0 respicit et recta cedentes sede columnas.
\pard\sl312\slmult0 «Nonne deos» inquit «credis SECURUM AGERE AEVUM?
Hoc memini nobis illum dictare magistrum.
"Ex usu vitae est" suevit quoque dicere "credi
res hominum curare deos..."» Hic Actius: «ALME

\pard\sl312\slmult0 SOL, idem docuit servantes pollicis ictum
\pard\sl312\slmult0 dicere: tum iuvit cantu mulcere deum, qui
et celat promitque diem, qui nascitur idem
atque alius, qui cuncta regit, quem floribus herbis
arboribus vestita patrem cognoscere risu
\pard\sl312\slmult0 gaudet terra potens, gelidi quem murmure fontes
\pard\sl312\slmult0 atque amnes atque alterno mare concinit aestu.
Nos, quibus est melius nihil, omni ex parte beati,
nos homines Solem merito privamus honore?»
\pard\sl312\slmult0 Dixerat haec tremulis labris, et macra rigabat
\pard\sl312\slmult0 ora senex lacrimis. «O felix semper homulli»

\pard\sl312\slmult0 hic Heron «genus» inquit. «Habent, reor, istud
ab ipsis flebilibus cunis ad ineluctabile letum.
Heu! cur insolitos vobis placet usque beatis
vestigare deos? Ascitis undique cunctis,
\pard\sl312\slmult0 cur etiam sacras IGNOTO ponitis aras?
\pard\sl312\slmult0 Ignotus vere Deus est, qui sospitat unus,
qui reficit recreatque bonus, qui morte redemit.
Nam frangit labor et dolor, et nos decipit error
et post assiduos luctus inamoena manet mors.
\pard\sl312\slmult0 Heu! scelus antiquum luimus, vitamque venenat
\pard\sl312\slmult0 serpens ille vetus, moritur qui vulnere Christi!»

\pard\sl312\slmult0 Haec Heron, supplex cui blanda voce sacerdos:

\pard\sl312\slmult0 «Aspice, sis, puerum. Deus est, mihi crede,... videri.

Hic quoque serpentem figit. Quin hunc sinis aede

\pard\sl312\slmult0 hic gaudere sua?... Quivis satis angulus huic est.

\pard\sl312\slmult0 Incolumem puerum mutato nomine serva,

aut latebris, Heron, si mavis, occule, si quid

tunc te dilexi puerum puer...» Haesitat Heron,

annuit. At magno ruit ingens turba tumultu,

\pard\sl312\slmult0 deiciunt statuam, diffringunt, fragmina raptant,

\pard\sl312\slmult0 dein scopulum scandunt. Praeceps idolon in undas

mittitur, atque haustum placido tegit aequore pontus.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Mobilis ut primum discessit turba, sacerdos

\pard\sl312\slmult0 ascendit scopulum. Directi lumine solis

\pard\sl312\slmult0 fulgebat tremulum late mare. Despicit exspes

\pard\sl312\slmult0 in litus: stantem videt ipso in limine templi

semiferum faunum venerabundumque subire

tecta Dei. Radios roseis subtraxit ab undis

Sol: oculi Solem tum prospexere cadentem

\pard\sl312\slmult0 postremo. Mare paulatim nigrescit, aguntque

\pard\sl312\slmult0 nocturnae rauco cum murmure daemonas aurae.

Tum fanum lychnis splendet pendentibus et nox

victa micat flammis: adque aures pervenit hymnus:

«Tu lux vera oculis, tu maior sole, diem qui



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 restituis de nocte novum, tu, dux bone, Christe...»

\pard\sl312\slmult0 Deinde silet fanum nigraque absconditur umbra,

et tacitum lapsu percurrunt sidera caelum.

Quaerentis matrem balatus tum tremere haedi...

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0POST OCCASUM
URBIS

I

SOLITUDO

\pard\sl312\slmult0 Terruerat tota gothicarum nocte tubarum
capta Romanos iteratus clangor in urbe.
«Venit» cantabat Totilae fera buccina regis
«illa diu ventura dies: exite, Quirites».
\pard\sl312\slmult0 Hinc caeco pressoque viae trepidare tumultu,
\pard\sl312\slmult0 et nox misceri leviter stridentibus umbris.
Barbarus his passim stans in caligine sola

in speculis apparet eques, nec deinde movetur

excubitor, tacitusque sinit discorrere larvas:

\pard\sl312\slmult0 tollit equus ponitque pedem iamque excavat urbem.

\pard\sl312\slmult0 «Donec nocte licet, lemures discurrite: tantum

ne quem vicatim deprendat prima vagum lux!»

\pard\sl312\slmult0  Ut lux prima data, est, equitum simul undique turmae

\pard\sl312\slmult0 erumpunt: mutam diverberat ungula Romam.

\pard\sl312\slmult0 In nebulis letum surgens aurora ferebat.

\pard\sl312\slmult0 Tum trepidi serique fugae per compita certis

occurrunt frameis, sub equisque in sanguine morti

luctantur. Vacuas aedes atque atria lustrant



\pard\sl312\slmult0

sola Gothi praedamque petunt miserisque potiti
\pard\sl312\slmult0 exuviis stragem faciunt et nuda relinquunt
\pard\sl312\slmult0 et secum extremam meditantia tecta ruinam.
\pard\sl312\slmult0 At Totilae regi subeunti moenia visus
\pard\sl312\slmult0 exsultantis equi frenum comprendere daemon:
«Rex» ait «agnoscis? Vobis dux usque viarum
\pard\sl312\slmult0 bellorumque fui, navesque et plaustra regebam.
\pard\sl312\slmult0 Ille ego sum daemon Alarico saepe molestus
cum nocturnus "Abi: delenda est Roma" monerem,
Huc illum traxi. Minus autem deinde iubenti
paruit, haud ausus Romam comburere Baltha.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tu stirpes excide memor, ne pullulet ilex:

\pard\sl312\slmult0 invisam dele divinis Ansibus urbem:

urbem da flammae: solus valet ignis ad hydram».

Dixit: equus vero freni nunc compos et oris

prosiluit. Tum rex igni circumdabat urbem,

\pard\sl312\slmult0 cum subito monachus fixo gravis indice venit

\pard\sl312\slmult0 in mentem: «Romam rex excisure, memento:

tu non excides. Urbem sine dira fatigent

fulgura, tempestas labefactet, proluat imber,

excutiat tellus indignis motibus ipsa:

\pard\sl312\slmult0 in semet sensim Romam marcescere certum est».

\pard\sl312\slmult0 Haec recolens «Marcescat» ait, facibusque pepercit.

\pard\sl312\slmult0 Postquam direptaeque domus avectaque gaza est,

\pard\sl312\slmult0 hinc illincque Gothi pergunt, qua buccina ducit,

Romanumque forum galeis nutantibus implent.

\pard\sl312\slmult0 Barbaricae rumpunt diuturna silentia voces.

\pard\sl312\slmult0 Agnoscit Via Sacra pedes resonatque requirens

insoliti tauros et equos currumque triumphi.

Oblitum e somnis expergefacta requirunt

templa sacerdotem. Turbae clamore resultat

\pard\sl312\slmult0 et veteres tigres hiat immemor Amphitheatrum.

\pard\sl312\slmult0 Stipat flava gradus templorum turba basesque

unde altae statuae longo post tempore sensim

corruerant: sunt qui prolapsis lentius ipsis



\pard\sl312\slmult0

insideant: alii galeas et scuta sub aede
\pard\sl312\slmult0 suspendunt scabris transennis. Intima sordet
\pard\sl312\slmult0 cella silens: Vestae restinctus desiit ignis
translucere foras. Conventum celsa frequentem
mirantur procul ignotae Capitolia plebis.
\pard\sl312\slmult0 Saturni iuxta fanum lapis illitus auro
\pard\sl312\slmult0 tunc fuit, unde vias emisit Roma per orbem
\pard\sl312\slmult0 terrarum, saxo stratas et dura sonantes.
Septenae quater inde viae simul omne ruebant
in spatium, et primum tacitis utrimque sepulcris
et tumulis suberant et funereis cyparissis:
\pard\sl312\slmult0 dein recta virides agros et sola locorum

\pard\sl312\slmult0 findebant, scalpris excisas ordine rupes
silvarumque novo violata silentia ferro,
et rapida aeterno superabant flumina ponte
et dedignatas submissis flexibus Alpes.
\pard\sl312\slmult0 Has caligae trivere graves canthique rotarum
\pard\sl312\slmult0 atque in mundanos laturae signa cohortes.
Illic, unde olim vi prorupere viae, ceu
tela sagittari magni tendentis in orbem
arcum fatalem, tum saxo rex Gothus aureo
\pard\sl312\slmult0 applicitus, «Vindex» inquit «Deus exstitit ultorque:
\pard\sl312\slmult0 urbem, qui vicit, delebit funditus idem.
Esto sacra Deo: ruat in sua moenia caelum!»
\pard\sl312\slmult0 Dein timidos squalens accepit curia patres:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 rex vocat. Extremus Romae fuit ille senatus.

\pard\sl312\slmult0 Pleraque quaerebant hominem subsellia frustra.

\pard\sl312\slmult0 Magna levi tantum tritu pedis aula sonabat.

Patres conscriptos exceperat angulus omnes

unus: oves ut si sonitus percussit et ictus,

extrema stabuli tacitae densentur in umbra

\pard\sl312\slmult0 aspectantque diu. Tum rex haec rettulit: «Urbem

\pard\sl312\slmult0 vestro more, patres, possum delere, solumque

linquere pascendum gregibus, quibus inflet avenam

assidens aris et ruderibus muscosis

upilio secum citra pomoeria solus:

\pard\sl312\slmult0 vos autem dare iure neci: ius sanguinis est mi,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ius habeo gladii. Non utar. Vos ego servos

abducam populumque omnem, quicumque supersunt,

et linquam ventis et tempestatibus urbem».

Dixerat. «Ite: nihil iam te, Romane, moramur».

\pard\sl312\slmult0 Interea paucos tutis exire latebris

\pard\sl312\slmult0 et geticas sufferre minas cogebat egestas,

matres et pueros et inani flore puellas.

Tum quae divitiis inopes iuvisset et aegros,

panis egens erravit anus: quam protinus hostes

\pard\sl312\slmult0 monstrabant digito dicentes unus et alter:

\pard\sl312\slmult0 «Rusticiana! Viri luat impia facta Boëthi.

Quin Amalis infesta diu fuit ipsa, nec umquam

desiit, ausa etiam regis detrudere signum...»

Haec Halmal quidam, cui Vuldulf: «O bona mater,

\pard\sl312\slmult0 cui geminus gemino dependet ab ubere consul!

\pard\sl312\slmult0 En, haec illa potens opibus geminaque beata

prole, viri felix olim, divo patre Roma est!»

«Quaeritat orba cibum frustra quae nutriit omnes».

\pard\sl312\slmult0 Tandem rex omnes iam discessurus abegit

\pard\sl312\slmult0 ut pecudes: dein plaustra vias trivere sonantes

\pard\sl312\slmult0 praedae plena Gothique equites Amalaeque cohortes,

et victor procul auratis evanuit armis.

Desertam magno Romam sub sole relinquit.

\pard\sl312\slmult0 Et tacitam cernens sensim sol occidit afflans



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 tarda luce tholos et proceros obeliscos:

\pard\sl312\slmult0 frustraque exoriens e somno suscitat idem.

Nullus in urbe sonus, subitae nisi forte ruinae,

aut si quid crepitant vento claudente fenestrae.

Nulla nisi errantum triviis queribunda canum vox:

\pard\sl312\slmult0 qui postquam gemitu resonant monumenta sub urbem

\pard\sl312\slmult0 assiduo, vulpes catulos educit et ambit

templa fori, statuas et grandes cauta columnas.

Multus Aventino descendit vertice vultur.

Est quod edant. Urbi renovant natale iacenti

\pard\sl312\slmult0 augurium. Plectunt imbres caecaeque procellae

\pard\sl312\slmult0 defunctamque urit flammanti fulgure caelum.

\pard\sl312\slmult0 Mox ver advenit. Tunc autem effundere coepit

\pard\sl312\slmult0 nulli conspectos e muto Roma sepulcro

atque ex maceriis udis plateisque viisque

\pard\sl312\slmult0 tectisque et fracto templorum limine flores,

\pard\sl312\slmult0 audierat quae divino dea nomine Flora.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 II

SANCTUS
THEODORUS

\pard\sl312\slmult0 Aegra Palatinum scandit muliercula montem.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sane quam longe venit: ut quae genua trahat vix

et plantas vix tollat humo puerumque gementem

\pard\sl312\slmult0 saepius ex ulna subsistens mutet in ulnam,

\pard\sl312\slmult0 nec cessat mulcere manu nec dicere, Lalla,

dum puer infantem mittens quandoque querelam

gestit brachiolis et cruscula flaccida motat.

«Desine flere, puer: tandem pervenimus: hic iam

\pard\sl312\slmult0 has tibi rite deus faciet lactescere mammas.

\pard\sl312\slmult0 Ille ferae potuit, poteris tu sugere matris».

Haec dicens reptat, multiisque per omnia caespes

obicitur pedibus late frondentis acanthi,

atque oblita sui caecis de stirpibus arbos.

\pard\sl312\slmult0 Et lapidis fragmenta iacent in sentibus albi
\pard\sl312\slmult0 lapsaque subrident scolymis capitella severis.
Instant semiruti muscoso fornice muri
herbaque de rimis quatitur vitriaria vento,
pendula ut a tuguri sordenti scruta fenestra.
\pard\sl312\slmult0 Hic pictos in calce deos iam diluit imber
\pard\sl312\slmult0 hic male fixa truces scindunt aulaea procellae.
Haec dum miratur mulier velut antra gigantum
qui iam rixati, disiectis undique saxis,
nunc absint procul atque errent loca nota perosi,
\pard\sl312\slmult0 ecce vagum circa praesentit turis odorem
\pard\sl312\slmult0 in dumis et adhuc halantem prospicit aedem.

\pard\sl312\slmult0 Intra vestibulum templi sedet ipse rotundi
\pard\sl312\slmult0 aedituus, qui servat iners modo nubila caeli,
tum rauco molem cingentes agmine corvos.
\pard\sl312\slmult0 Huic propior, sedans querulum paulisper alumnum,
\pard\sl312\slmult0 «Nonne, senex,» inquit «divus mihi Romulus hic est?»
Haec dum fatur, oves balatu saxa Palati
ingressae resonant. Veterum monimenta virorum
persultant, intrantque ignota cavaedia vaccae:
\pard\sl312\slmult0 diruta vescuntur velantibus oppida culmis.
\pard\sl312\slmult0 Despicit, et vacuo corvos sinit aere custos:
«Sitne aliqui sanctus, quem dicis, Romulus, an non,


\pard\sl312\slmult0

scit, cum Gregorius sciat omnia, papa: ego nullum
esse putem. Sancti Theodori martyris aedes
\pard\sl312\slmult0 hae. Magnae magnum fuit olim trans mare fanum
\pard\sl312\slmult0 infernae matris, peperit quae daemonas omnes.
Nudaque prostabant medioque idola sedentem
centum cingebant, dederat quibus ubera centum.
Hic matrem et natos facibus delevit et aedes.
\pard\sl312\slmult0 Miles erat, bellique potens occiderat hostes
\pard\sl312\slmult0 innumeros. Rapitur tamen in ius. Ungula sulcat
impavidum. Ferro discerpunt. Denique vivum
comburunt. Igni fertur sublimis in auras,
nec fuit in terris post id Theodorus, at aevum



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 iam cum caelicolis, ut fas est credere, degit.
\pard\sl312\slmult0 Hunc tu, siquid eges, est exorabilis, ora».
\pard\sl312\slmult0 At fixis oculis labentia verba tuetur
\pard\sl312\slmult0 femina, nec quidquam deinceps intellegit. Ipse
collo dependens puer auscultare videtur.
\pard\sl312\slmult0 «Verum aliud quaero, quod me iuvet, optime, fanum.
\pard\sl312\slmult0 Febricula nam detineor, mihi nec satis est iam
lactis quo meus hic passerculus aeger alatur.
Sed dicuntur opem nutrici ferre gemelli,
siqua petat templum perfectis rite sacris». «Hem!
\pard\sl312\slmult0 Haud longe, qui te paganam dixerit, erret...»

\pard\sl312\slmult0 «Re vera colimus non tam procul Anxure pagum...»

«Anxure? Quid? “ Tarracinam sunt qui vocitent». «Hem!

Esse ibi iudaeos epulisque accumbere festis

compereram: veterum cultores esse deorum,

\pard\sl312\slmult0 non rebar». Secum haec, mox clara voce: «Quibusnam

\pard\sl312\slmult0 istud» ait «signis poteris cognoscere templum?»

«Esse lupam perhibent quae praebeat ubera binis

mammarum pueris. Est autem Romulus horum

alter qui semper mansuram condidit urbem...»

\pard\sl312\slmult0 «Urbem mansuram, mulier, circumspice semper!»

\pard\sl312\slmult0 Sic ait intenditque manus et rudera monstrat



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 hinc illinc prolapsa solo statuasque iacentes,

tum lapidum scabiem, tum saxa virentia musco,

tum putres, hederis fretos cingentibus, arcus.

\pard\sl312\slmult0 Ignarum plane rerum tegit omnia gramen

\pard\sl312\slmult0 et grex aeternam passim depascitur urbem.

«Haec olim quondam, mulier pagana, fuerunt.

Roma fuit. Quaerisne lupam? Deiecimus. Hic, hic

praebebat mammas idolon turpe gemellis

\pard\sl312\slmult0 daemonibus. Proprio fera nunc latet illa sub antro.

\pard\sl312\slmult0 Iamque abeas lateasque tuo procul abdita pago.

Imperat hic Christus, nec cuiquam iam locus est, qui



\pard\sl312\slmult0

divinos praestare lupae contendat honores».

\pard\sl312\slmult0 Arcano mulier perculsa timore recessit

\pard\sl312\slmult0 et silvam petiit desolatasque ruinas,

\pard\sl312\slmult0 nec clara perpessa die descendere clivo

usque pererravit Romae deserta Quadratae.

Saepe illam truncae pavidam texere columnae,

saepe etiam paries ventosae dirutus aulae,

\pard\sl312\slmult0 inque lithostroto quaesivit lassa quietem,

\pard\sl312\slmult0 cum prope lucifugas audiret stridere mures,

et terrens veterem putrido sub cortice picum

in luco sacra decerpsit ab arbore bacas:

mulcebatque simul puerum gremioque fovebat

\pard\sl312\slmult0 plorantem minus ac minus. Et sic vespera facta est.

\pard\sl312\slmult0 Tum, quoniam turbae sonitus scandentis ad aures

venerata et variae voces anuumque susurrus,

aufugit, frustraque rubus prohibebat, in antrum,

seditque et sensim scruposis tuta latebris

\pard\sl312\slmult0 exseruit mammam puerique os ubere clausit.

\pard\sl312\slmult0 Hinc umbra mater tacita circumdata cantum

audiit. Edebat Theodori ecclesia mixtum

organicis cantum bombis et turis odore.

Sub primas aderant tenebras Agnumque canebant,

\pard\sl312\slmult0 terras rore feras pacantem sanguinis Agnum.

\pard\sl312\slmult0 Suspexit mater, puerum dum lactat, et ipsi



\pard\sl312\slmult0

instantem capiti sublustri vidit in umbra,

obductam filicum pennis viridique capillo,

formam muta lupae. Natali stabat in antro

\pard\sl312\slmult0 firmiter, et pueros proiectos mutis alebat

\pard\sl312\slmult0 ad Romam paulum flexa cervice futuram.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 III

PALLAS*

\pard\sl312\slmult0 Effodiunt homines deserti saxa Palati

\pard\sl312\slmult0 noctu latrones. Monachus fossoribus index:

«Haec urbi sedes: hanc primam muniit arcem



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Romulus: hae magnae surgebant ditibus aedes

\pard\sl312\slmult0 Augustis: habet haec thesauros terra sepultos».

Sic memorat quandoque senex, lapidique latrones

ingenti rastris durisque ligonibus instant.

Ictibus umbra sonat surdis, raucumque laborem

\pard\sl312\slmult0 intimus arcani montis secessus anhelat.

\pard\sl312\slmult0 At labefactatus ferrato vecte lapis iam

corruit, atque aperit vasto simul ore cavernam.

Ardebat penitus tranquillo lumine lampas.

\pard\sl312\slmult0 Attoniti gressum reprimunt vocemque latrones,

\pard\sl312\slmult0 et monstrant monacho nec quit sibi credere quisquam

\pard\sl312\slmult0 prorsus inextinctam sub terris vivere flammam.

Cum vero quasdam gemmas fulgere viderent

aut aliquod radiis ardentis lampadis aurum,

vicit amor praedae: tardeque et multa locuti,

\pard\sl312\slmult0 sublucens intrant furtivis passibus antrum,

\pard\sl312\slmult0 atque intus magnum cernunt heroa iacentem.

Olli ingens positum variatis corpus in armis

ignotumque hirta galea caput. Omnia secum

attulerat, praeter gladium, nec balteus auro

\pard\sl312\slmult0 et crebris fulgens cingebat pectora bullis:

\pard\sl312\slmult0 ast hiat immani confossum vulnere pectus.

Desuper ignoto capiti vigil imminet ignis

et priscum lustrat constanti lumine vulnus.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 «Iste» senex sacra tactus formidine «Pallas
\pard\sl312\slmult0 sane est» exclamat «cecidit qui cuspide Turni.
\pard\sl312\slmult0 Primus hic ob pulchram, nec erat tum condita, Romam
mortuus est pugnans in primo flore iuventae.
Heu quantus grandi rediit dolor ille parenti!
Rex fuit, et collem hunc, in quo consistimus, ipsum
\pard\sl312\slmult0 obtinuit: sed erat filicum casa tecta maniplis
\pard\sl312\slmult0 regia tum sedes. Non hic tum fana nec aedes
exstructae saxis ad candida sidera caeli:
at silvae virides, at pascua laeta: bovesque
errabant circum mugitibus antra cientes:
\pard\sl312\slmult0 regi autem comites gemini de more canes, qui

\pard\sl312\slmult0 lactis et saltu redeunti et voce praeirent:

pellibus effultus lectus foliisque caducis:

esse diem, saliens agresti culmine passer

garrulaque a tignis propius cantabat hirundo».

\pard\sl312\slmult0 Nimirum cantus iam matutinus ad aures

\pard\sl312\slmult0 a putribus muris interruptisque columnis

venit: hirundinibus leviter sonuere ruinae

suspensique nigris capitellis ordine nidi.

Namque oras imi circum pallescere caeli

\pard\sl312\slmult0 et languere simul tenebras et sidera cernunt.

\pard\sl312\slmult0 Apparent dumi tremulaeque cacumina silvae,

et summae pinus auroque et luce vaporant:

ut cum Pallantem viridanti in stramine quondam



\pard\sl312\slmult0

mille viri positum sub quernis frondibus ibant

\pard\sl312\slmult0 portantes, et longa locos findebat agrestes

\pard\sl312\slmult0 flammarum series radians dumeta favillis.

\pard\sl312\slmult0 «At quando haec igitur» rogat unus «prisca fuerunt?»

\pard\sl312\slmult0 «O nimium et nimium quam saecula multa virorum

fugerunt: ipsi praeluxit flamma lucernae

\pard\sl312\slmult0 haec urbi. Iuvenes quales vos estis asylum

\pard\sl312\slmult0 multo post sibi constituunt hic arbore septum.

Ad tantam primum fuit illud roboris urbem.

Haec urbem fecit quod erat prius orbis, et omni

devicto populo mundi caput extitit atque arx.

\pard\sl312\slmult0 Multo post iacuit, divinis ignibus arsit,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 barbarus obtrivit cineres eques: en caput illud,

en illa arx et Amor populis et gentibus unus.

Nulla est Roma!» Senex haec dum meditatur, at audit

quadrupedem sonitum procul. «Heus! iam nocte viator

\pard\sl312\slmult0 exacta nunc pergit iter. Non ista diei

\pard\sl312\slmult0 luce, viri, spectanda puto». Trepidare sed illi,

ausi etiam sacram traducere lampada, luci

et matutino tremulam proponere vento,

dein buccis sufflare feris, dein mergere fonte,

\pard\sl312\slmult0 nequiquam: veterique iterum posuere sepulcro

\pard\sl312\slmult0 ardentem, tacitumque iterum lapis occulit antrum.

\pard\sl312\slmult0 Semper ubi fulgens pendet tibi, maxime Palla,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 primitive tantae laudis tantique laboris,

atque agit excubias aeterno lumine Romae.

\pard\sl312\slmult0

v. 26. Claud. de bell. get. 546 sqq. Soz. 9, 6. Socr. H. E. 7, 10: ᾅðéèéÿôὴí ῾Pùìáßùí ðüñèçóïí ðüëéí.

v. 29. Iorn. 29: qui Alaricus ob audaciam virtutis Baltha idest audax nomen inter suos acceperat.

vv. 30-32. Hor. C. IV, 4, 57, 61.

v. 31. Iorn. 13: proceres suos ... non puros homines sed semideos idest Anses vocabant.

v. 131. Phot. Quaest. ad Amph. docet tria nomina habuisse Romam quorum divinum Flora, arcanum Amor. Cfr. Solin. Polyhistor I

v. 142 sqq. 201 sqq. 215 sqq. S. Gregorii Dial. II, cap. XV: in hac urbe dissoluta moenia, eversas domos, destructas ecclesias turbine cernimus eiusque aedificia longo senio lassata, quia ruinis crebrescentibus prosternantur, videmus



\pard\sl312\slmult0

v. 193 sqq. Cultores idolorum suis temporibus in Italia exstitisse auctor est Gregorius Magnus: Ep. III, xxvi, X, iv et al. Quamquam Gregorovius fallitur, Hist. urb. Rom. cap. III, 3, in eo quod affirmat Gregorii testimonio etiam Tarracinae fuisse paganos. Nam de iudaeis sermo est in illa epistola, quam Gregorovius memorat: I, xxxv.

v. 197 sqq. 236 sqq. Cfr. Gregorovius, Historia urbis Romae M. Ae. III, cap. IV, 3

* Hanc fabulam vide apud Wilh. de Malmesbury - De gestis regum anglorum II, XIII et al.

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0**HYMNI**

\pard\sl312\slmult0 ANNO AB ITALIA IN LIBERTATEM VINDICATA QUINQUAGESIMO

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0HYMNUS IN ROMAM

\pard\sl312\slmult0 O – quo nunc memorent Itali te nomine? Sanctum
nunc efferre licet sollemni tempore nomen.
E tribus effari decet inviolabile tandem
illud quod secum mysteria sola canebant,
\pard\sl312\slmult0 cum novus attonitae sol illucesceret umbrae
\pard\sl312\slmult0 nocturnumque darent circum cava cymbala plausum –
o Amor! o vere – dicant – invicte! casas qui


\pard\sl312\slmult0

agrestes colis atque idem maris aequora curris!

Te profugae quondam turmae periere per undas,

\pard\sl312\slmult0 aureaque ancipites ducebant stella biremes;

\pard\sl312\slmult0 ad te per flammas eadem mortesque per omnes

nos italas gentes constanti lumine duxit.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Quis pro te primus petiit, pulcherrima, mortem?

\pard\sl312\slmult0 Multum sublustri saeclorum tempore fletus



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ad Tiberim Pallas. Tricolor dedit arbutus albos

\pard\sl312\slmult0 flores et rubras bacas frondesque perennes.

Ex hac compositus puero fuit arbore lectus.

Mille viri reduci comites ad tecta fuerunt.

Tum iuvenes varium mirantes mille feretrum

\pard\sl312\slmult0 fatiferos manibus temptabant grandibus enses.

\pard\sl312\slmult0 At quantus veteri rediit dolor ille parenti!

Olli rex genitori silvestri pauper in aula,

Faunus erat lucos habitans et saxa Palati.

Necdum tu stabas. Quin tum spectare licebat



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 muscoso sparsum Capitoli rudere saxum

\pard\sl312\slmult0 et fractis passim muris albescere dumos

Ianiculi. Duo corruerant ibi tempore victa

oppida: confectas macie somnoque ruinas

interdum rauco resonabant omine corvi.

\pard\sl312\slmult0 Tum sedes Fauno filicum casa tecta maniplis

\pard\sl312\slmult0 parva fuit, geminique canes in limine solae

excubiae, reduci laeta qui voce praeirent.

Nec vigilans caecam findebat bucina noctem:

esse diem saliens silvestri culmine passer

\pard\sl312\slmult0 garrulave a tignis propius cantabat hirundo.

\pard\sl312\slmult0 Dein Faunum miserum labentesque abstulit aedes

tempus, et immemores pavere Palatia vaccae,

atque impleverunt vallem balatibus agni.

Quod siqui pastor gemitus audire luporum

\pard\sl312\slmult0 visus erat, securus oves claudebat in antro.

\pard\sl312\slmult0 Olfecit clausum noctu lupa saepe lupercal.

Et bonus in silvis nulli conspectus opacis

carmina dicebat foliis et flamine Faunus

mira, nec antiquas cessabat tundere quercus



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 picus et impatiens annos numerare morantes.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Tandem cum flores iam ver aperiret, et undas

\pard\sl312\slmult0 volveret uberior magno cum murmure Thybris,

fulserunt olim campis et collibus ignes

undique, nocte sacra, flammas ut curreret amnis.

\pard\sl312\slmult0 Pastores circum domibus silvestribus ignem

\pard\sl312\slmult0 subdiderant, cum mutarent umbracula muris,

et flammas saltu superantes rite canebant:

«Ignis pure, potens ignis, bone mulciber ignis,

has absume casas, hos textos abripe nidos:

\pard\sl312\slmult0 non volucres sumus, alme; lupi sumus. Ite, breves res!

\pard\sl312\slmult0 Iam nos aeternum mansuram condimus urbem,

tuque focum penitus certum, vigil ignis, habebis».

At parte ex alia iuvenum fera turma fremebat:

«Nos errori nos hora fugax aliusque iuvet sol

\pard\sl312\slmult0 semper et usque recens antiquis terra sub astris.

\pard\sl312\slmult0 Vos ultro vobis residem circumdate fossam:

nos sine fine manet via nos sine limite tellus.

Nempe lupi sumus, ast aquilarum quaerimus alas».

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Mane Palatinum collem cingebat arator

\pard\sl312\slmult0 imas proscindens in quadrum vomere glebas,

\pard\sl312\slmult0 albaque vacca iugum pariter taurusque ferebat

fulvus, et afflabant inter se saepe gementes;

innixique pedo caprinis pellibus hirti

astabant operi cives hic inde futuri.

\pard\sl312\slmult0 At quibus error erat per devia pabula cordi

\pard\sl312\slmult0 herbaque fertilius pecudum sub dente renascens,

semina ridebant caeco peritura veterno.

Torvi utrimque oculi; motabat anhelitus auras.

Principis hac stabat frater nutritus eodem

\pard\sl312\slmult0 lacte ferae, pastor dedignans ore colonum.

\pard\sl312\slmult0 Sed taciti durare boves tacitosque per omnes

pergere terribilem fugientes pone bubulcum.

Hic ample sub sole datis immobilis alis



\pard\sl312\slmult0

forma aquilae visa est opus osservare diu, mox

\pard\sl312\slmult0 defixis illuc oculis se mergere caelo.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Splendidior gladio patientis vomis aratri

\pard\sl312\slmult0 tum potiebatur solida per vulnera terra.

At iuxta Tiberis lutulento flumine collem

lambebat maiora sonans pubemque vocabat:

\pard\sl312\slmult0 «Heus, rostro navis qui terram scinditis unco,

\pard\sl312\slmult0 quam detraxistis navi iam reddite proram,

atque in me longos infindite vomere sulcos

usque ad caeruleum, iuvenes, maris aequor, et ultra.

Est operae!» Sic assiduo cum murmure Thybris;

\pard\sl312\slmult0 atque a longinquo crebescens litore vernus

\pard\sl312\slmult0 ventulus et salsa tangens aspergine nares,

«Heus, qui» dicebat «pastores conditis urbem,

hic est vestibulum, sunt ostia caerula vobis,

respersumque ipso magnum sonat aequore limen.

\pard\sl312\slmult0 Strata via est, cives, liquidis hinc labilis undis.

\pard\sl312\slmult0 Urbs intro est vobis, patet egredientibus orbis».

Tunc amor undarum pastorum more vagarum

incessit memores atque orbem pascere totum.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Qui, veneranda Pales, tepido te lacte piabant,

\pard\sl312\slmult0 dum vana calamos et flores tondet in urbe

\pard\sl312\slmult0 bucula, dum taurus longum bibit; atque sonat mons


\pard\sl312\slmult0

ingenti clamore tuus. Rixantur in ipso

pastores sulco defunctum propter aratrum.

His armat sparus infestas, his ascia dextras.

\pard\sl312\slmult0 Nam pars e terra lapides excidere passim

\pard\sl312\slmult0 coeperat. Hinc alii laesae miserescere terrae:

“ Non satis est, rastro si pulsant, vomere findunt;

heu! nunc ossa parant etiam perfringere matris! ”

Hinc pugna exoritur, fabrilisque ascia caedem

\pard\sl312\slmult0 sentit, et in roseo dubius tremis, Hespere, caelo

\pard\sl312\slmult0 suffusas labi terrestri sanguine nubes.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0   Roma sed exsistens e sulco pura cruento

\pard\sl312\slmult0 sacravit Terrae Matri, qua laeserat et qua

esset per gentes omnes laesura, bipennem.

\pard\sl312\slmult0   Ascia, teque eadem magnae devovit in oris

\pard\sl312\slmult0 omnibus Italiae, dein toto condidit orbe.

Tu fanis arisque subes, tu caeca theatris

semirutis, tu deciduis prope nubila thermis.

Rheni te ripae senserunt intus et Istri,

\pard\sl312\slmult0 silvaeque indomitae propriaeque leonis arenae.

\pard\sl312\slmult0 Tu propter moles, veterum monumenta gigantum,

mutaeque ante oculos aeternum Sphingis apertos,

supposita es nulla castris aetate movendis.

Tu lapides longis scalpsisti saeva triumphis:

\pard\sl312\slmult0 per te romanus caelum sibi finiit arcus

\pard\sl312\slmult0 lunatum, et magnis iter insedere columnis

quas numquam clausas habet ingens Gloria portas.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Nam prope Saturnum cippus fuit oblitus auro,

\pard\sl312\slmult0 maximus, unde vias emisit Roma per orbem

\pard\sl312\slmult0 terrarum, saxo stratas et dura sonantes.

\pard\sl312\slmult0 Septenae quater inde viae simul omne ruebant

in spatium, et primum tacitis utrimque sepulcris

et tumulis suberant et funereis cyparissis:

dein recta virides agros et sola locorum



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 findebant scalprisque excisas ordine rupes

\pard\sl312\slmult0 silvarumque novo violata silentia ferro,

et rapida aeterno superabant flumina ponte,

et dedignatas submissis flexibus Alpes.

Tot lapide ex illo iam prorupere viae vi,

\pard\sl312\slmult0 tamquam si ventos deinceps conversus ad omnes

\pard\sl312\slmult0 tela sagittipotens fatali splendidus arcu

mitteret, et quateret medio stans undique caelum.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Has caligae trivere vias canthique rotarum

\pard\sl312\slmult0 atque in mundanos laturae signa cohortes.

\pard\sl312\slmult0 Ibant, atque agmen tollebat agreste maniplum

\pard\sl312\slmult0 quem falx messuerat gladio mutanda, nec umquam

purpurei deerant media inter gramina flores.

Dein tulit hasta manum, quae germine pullulat una

multiplici, post duxit iter lupa. Fortiter ibant

\pard\sl312\slmult0 apri silvestres atque immanes elephantes;

\pard\sl312\slmult0 cum tandem praepes pennis effulsit et auro



\pard\sl312\slmult0

vis aquilae, terraeque rudes undaeque remotae
magnarum flabris exhorruerunt alarum.
Invasere vias metis et fine carentes
pilatae circum legiones, priscaque gentes
et populos, qualis pastori signa vago iam
sub noctem dederat, cogebat bucina, vitisque
exilis cunctos iusta ditione regebat.

\pard\sl312\slmult 0

\pard\sl312\slmult0 At divi pugnis aderant in nube gemelli

\pard\sl312\slmult0 quos oculis vidit nemo, tantumque licebat

\pard\sl312\slmult0 stridentes inter lituos raucasque tubas et

clamorem fremitumque feros audire sub auras

hinnitus. Alter tamquam sol aureus, alter

noctis erat similis maesta circumdatus umbra.

\pard\sl312\slmult0 Sublimes in equis simul immortalibus ibant

\pard\sl312\slmult0 florentes iuvenes aeratas ante cohortes.

Sed medio in pelago, veherent si forte liburnae

cunctantes aquilas et pila sonantia pilis,

sidera fiebant et circum fulgida malos

\pard\sl312\slmult0 haerebant tremulos oscillantesque antemnas.

\pard\sl312\slmult0 Hi tibi cursores aderant, Victoria, praesto,

hi pariter primo flectebant vespere cursum

cornipedum, plausuque viae pulsuque sonabant.

Nec mora: mox ad aquam ducebant fontis anhelos

\pard\sl312\slmult0 iugis equos, Iuturna, tui; nec sidera caelo

\pard\sl312\slmult0 occiderant, neque lambebant dilucula nubes.

Unus in urbe vigil tota focus, unaque lumen



\pard\sl312\slmult0

quae per transennas contextas funderet aedes.

Opperiens reduces ibi Vesta sedebat ad ignem

\pard\sl312\slmult0 aeternum.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 O tandem placidi, quocumque vocavit

\pard\sl312\slmult0 nomine vos aetas germanos prisca, sed olim

pugnaces ipso furvae sub ventre lupae, dum

tot pendent mammae, duo vos certatis ob unam,

quos lingua sedare rudi vix illa valebat,

\pard\sl312\slmult0 mors potuit. Dein irrupto qui foedere vincti,

\pard\sl312\slmult0 caelestes equites, ut nox est iuncta diei,

continuum luce atque umbra componiti aevum,

intorquete iubas manibus, conscendite saltu,

pellite equos ultro cupidos longe ante viarum!

\pard\sl312\slmult0 Cum redeant, vestris annexi lora columnis,

\pard\sl312\slmult0 augustis ex reliquiis sua ramina carpent.

Visite quae poni vidistis castra quibusve

contigit a terris hostes adferre fugatos:



\pard\sl312\slmult0

nunc quoque depugnant igni ferroque cohortes,

\pard\sl312\slmult0 it pulvis caelo, resonat fragor: aggere complent

\pard\sl312\slmult0 aequora, defigunt vallos collesque ruunt ac

magnos perfodiunt occulto tramite montes.

Ad rastros rediit nobis res. Ite secundi!

Antiquos populus pilumnus mente triumphos

\pard\sl312\slmult0 iusque datum recolat legesque et foedera pacis,

\pard\sl312\slmult0 et levet assiduum veterana laude laborem.

\pard\sl312\slmult
0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 At fontis sacras sorberi faucibus undas

\pard\sl312\slmult0 percipiens sonitumque pedum (terit ungula terram

ictibus alternis) pallebat muta sacerdos:

\pard\sl312\slmult0 dein cum vox ingens tacita resonaret in aede

\pard\sl312\slmult0 – Salva est res, – vocemque animo numenque premebat

et Capitolinam pergebat protenus arcem

maxima, pontificem iuxta, conscendere virgo.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0   Sic gradiebatur passu venerabilis aequo

\pard\sl312\slmult0   prorsus in imperium magnum dea Roma. Tremebant

\pard\sl312\slmult0 montes et valles, amnes silvaeque sonorae

sub pedibus Romae procul immortalis euntis;

mille autem passus, legio quot fulgida ferro

progrediebatur, gressu complebat in uno.

\pard\sl312\slmult0   Unum quemque lapis gressum signabat, et omnes

\pard\sl312\slmult0 horrebant spatiis vestigia dissita tantis.

\pard\sl312\slmult
0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nimirum populi saevas timuere secures;

\pard\sl312\slmult0 namque omnes fines humano maior obibat

unus cuncta regens et pellens cuncta manu vir.

\pard\sl312\slmult0 Ille orbem gladio, lituo descrivere caelum

\pard\sl312\slmult0 vulturiis medius circumvolitantibus augur;

ille aquilas simul, ille leves immittere turmas

atque in veloci clamantem pulvere mortem.

Pacatum sed enim pacatis gentibus idem

\pard\sl312\slmult0 monstrabat vultum, fluctusque serenus et iras


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 pergebat mulcere manu qua strinxerat ensem,

et leges ab equo dicebat pacis et artes.

\pard\sl312\slmult0   Salve, Roma potens. Fregisti vomere terras

\pard\sl312\slmult0 ut placidis demum gauderet dumus aristis.

\pard\sl312\slmult0   Imperium tibi sorte datum. Cum purpura latis

\pard\sl312\slmult0 ex humeris tibi detracta est, en ipse sacrorum

rex fanis prodire novis et mitibus aris

instituit, dein delapsum sustollere sertum

et flavis regis frameati crinibus ultro



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 addere, post belligero pugnare sacerdos.

\pard\sl312\slmult0 Ac tempus venit cum formidatus ab alto

hic solio gestans elata fronte coronam

stellatumque manu gladium – stupuere per aulam

legati, rapidum reprimebant tempora cursum,

\pard\sl312\slmult0 tamquam retrorsus nutu modo iussa referri –

\pard\sl312\slmult0 «Quid petitis?» dixit: «Quod rex vester petit, ipse

obtineo, cives. Hic Caesar, hic imperat. Ite!»

Hinc rex sacrificus fasces assumpsit, et arae

viderunt tactas facibus splendere secures.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Hae partes, hae, Roma, tuae, cum fixa sederes

\pard\sl312\slmult0 in puppi, velles ut nusquam amittere clavum.

Te profugi condunt vasto maris aequore vecti,

tu profugos certas ingenti tollere navi.

Tu sanctum populis iam pridem limen asyli

\pard\sl312\slmult0 exsulibus; tu mundus item cui semina gentes

\pard\sl312\slmult0 et patrias glebas et res et sacra suosque

crediderunt manes; tu dis fugientibus ara,

demisso quamvis inopique immitior uni.

Advectos alii divos in sole colebant

\pard\sl312\slmult0 taurinoque aras adolebant sanguine pingues;

\pard\sl312\slmult0 ducebant alii pompas, et tympana palmis

plangebant, incendentes ululatibus urbem:

illi per flexus atque ambages labyrinthi

sub terris ibant taeda ducente deumque

\pard\sl312\slmult0 ignotum ignoti secreta voce canebant;

\pard\sl312\slmult0 illis pro templo claraeque altaribus urbis

putre sepulcretum; cum caris vita sepultis.

Ante arcas phialae sicca robigine tinctae



\pard\sl312\slmult0

pendebant, tenui pendebant lumine lychni.

\pard\sl312\slmult0 Testis erat lychnus frustra cum sanguine vitam

\pard\sl312\slmult0 effluxisse, levem dum somnum mortuus halat.

At roseo germen rostro carpebat olivae,

et se tollebat referens hinc ore columba;

pastor et ipse suos umeros oneraverat agno

\pard\sl312\slmult0 infirmo, mulctramque manu virgamque gerebat.

\pard\sl312\slmult0 Crux inerat, dubium crux esset an ancora. Navem

iactatam ventis et ruptam fulmine tandem

in tuto placidam fundaverat ancora caelo.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Interea quales obscuro vespere nubes

\pard\sl312\slmult0 diffugiunt ventisque gemunt errantibus actae,

\pard\sl312\slmult0 daemones implebant caelum noctemque querellis

expulsi fanis. Fervebant murmure cellae

templorum madidae Capitolinaeque favisae.

Nam descendebant deinceps idola deorum

\pard\sl312\slmult0 multa quidem, cascosque lupos discebat et apros

\pard\sl312\slmult0 alma Venus, cipposque rudes et inane tigillum



\pard\sl312\slmult0

dedignabatur nuper deiecta Minerva;

vix in pellito Mars se noscebat anhelus

Mamurio; donec Consentes ipse secutus

\pard\sl312\slmult0 tetricus a summa devenit Iuppiter arce.

\pard\sl312\slmult0 «O caelo quondam terraque Ereboque potentes,

iam fuimus. Regno depulsi fugimus ipsi.

Sed fas est sperare vicem. Deus ille, novo cui

cessimus inviti, profugus, deformis, inops, cui

\pard\sl312\slmult0 crux solium mala cui vepres sentesque corona...»

\pard\sl312\slmult0 Quem sic excepit dicentem plura tremendo

ore canens vates Carmentis prisca nec ulli

nota deo, saeclis quae multis ante sub umbras

venisset rugosa situ: «...non decidet umquam!

\pard\sl312\slmult0 Est dolor humanus! Iam sunt sua templa dolori!

\pard\sl312\slmult0 Hic immortalis deus est ex omnibus unus».

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Deciderant divi: Capitolia sancta manebant,

\pard\sl312\slmult0 atque impendebat rupes immobilis urbi:

quam ferus invasiti ferro vastavit et igni,

\pard\sl312\slmult0 barbarus, obtrivit cineres gravis ungula: frustra.

\pard\sl312\slmult0 Postremo macie lentoque absumere leto

decrevit, posset cum sternere moenia victor.

«Immo» inquit «labefactet hiems et proluat imber,

excutiat tellus dedignans motibus ipsa,

\pard\sl312\slmult0 fulgura disiciant praefractis ictibus urbem:

\pard\sl312\slmult0 esto sacra Deo: ruat in sua moenia caelum».

Sic placitum est: cuncti tota decedere iussi

urbe abeunt homines, matres raptantur ab aris



\pard\sl312\slmult0

et pueri fugiunt et inani flore puellae.

\pard\sl312\slmult0 Tandem plaustra vias triverunt dura sonantes

\pard\sl312\slmult0 praedae plena Gothique equites Amalaeque cohortes

et victor procul auratis evanuit armis,

ac secum extremam meditantia tecta ruinam

desertamque almo Romam sub sole reliquit.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Hinc intra sacros sunt facta silentia muros.

\pard\sl312\slmult0 Cingebant magnum pomoeria magna scpulcrum.



\pard\sl312\slmult0

Et tacitam cernens sensim sol occidit afflans
tarda luce tholos et proceros obeliscos,
deinde diem promens e somno suscitat arto
\pard\sl312\slmult0 frustra, miraturque aliam quam visit eandem.
\pard\sl312\slmult0 Nullus in urbe sonus, subitae nisi forte ruinae,
vel siquid crepitant vento claudente fenestrae.
Clamoso interdum remeantes agmine corvi
mirum sollicitant hominum rerumque soporem.
\pard\sl312\slmult0 Multus Aventino descendit vertice vultur.
\pard\sl312\slmult0 Exanimae natale novant de nubibus omen.



\pard\sl312\slmult0

Dein vulpes noctu catulos adducit et ambit

templa fori, statuas et grandes cauta columnas.

Tum rediere lupae longo post tempore priscae

\pard\sl312\slmult0 notaque Caesareas quaerebant antra per aedes.

\pard\sl312\slmult0 Expectare suos expergefacta videntur

fana sacerdotes oblitos. Roma iacebat

per septem ingenti porrecto corpore montes.

Assiduique imbres plectunt rapidaeque procellae

\pard\sl312\slmult0 defunctamque urit flammanti fulgure caelum.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Ver aderat tempusque aderat natale iacentis.

\pard\sl312\slmult0 Urbs iam nulla fuit. Tunc auricomis narcissis

aureolisque crocis riserunt sola locorum.

Diruta puniceo scatuerunt smilace fana.

\pard\sl312\slmult0 Fontem Iuturnae violaria casta bibebant,

\pard\sl312\slmult0 atque ex maceriis oriebantur hyacinthi.

Romanoque foro silvestris pullulat omnis

spina rosa, lapidesque antiquos purpura velat.



\pard\sl312\slmult0

Nulli conspectos e putri viva sepulcro,

\pard\sl312\slmult0 vere suo, sine fine suos fundebat ad auras

\pard\sl312\slmult0 flores – hoc audit caelestis nomine – Flora.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Flora, parens florum, frueris quae vere perenni

\pard\sl312\slmult0 quaeque per immensas sparsisti semina gentes,

Telluri fer opem. Suevit quas fundere fruges,

\pard\sl312\slmult0 uberius pariat per te Saturnia terra.

\pard\sl312\slmult0 Quae tenuere boum teneant armenta gregesque,

desuetaeque omnem pestem venentur agrorum

rursus aves et agros resonent dulcedine laetos.

Telluris mammas proles exsugat opimas

\pard\sl312\slmult0 fortior et latium ducat cum lacte vigorem;

\pard\sl312\slmult0 omnia quae maria et terras exerceat omnes,

naviget et caelum, niveo velut agmine cycni.

Neve sinas vastis tua cingi moenia campis

et camuris motas uris mugire paludes.

\pard\sl312\slmult0 Squalentes pagos stipulisque mapalia textis


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 respice, Flora. Casas nonne omnes abstulit ignis

primigenus? Nonne humanos ius attigit omnes

vindicta? Pecudes infra ipsas respice servos.

Redde suum miseris, orbos amplectere vindex,

\pard\sl312\slmult0 ac sibi, Flora, metat segetes qui sevit, ut olim

\pard\sl312\slmult0 cum medio in sulco linquebat consul aratrum.

Priscae res artis renova, tibi cinge coronam,

neve italas illas usquam sine cedere laudes.

Sed vireant oleis et vitibus undique colles,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 grandibus et spicis immensum fluctuet aequor.

\pard\sl312\slmult0 Tum vim ventorum frangant rapidasque procellas

montano vigiles super omni vertice silvae.

\pard\sl312\slmult0 At Rubico niveos immani corpore tauros

\pard\sl312\slmult0 miratur, qui rure videns iuga plurima ferri

\pard\sl312\slmult0 atque unum denis torqueri bubus aratrum,

\pard\sl312\slmult0 aeratae nondum somnis oblitus Alaudae,

Caesaris imperium recolit latiosque triumphos.

Non nos imperium, longo non agmine pompas

poscimus, immensam modo qui fundavimus aram

\pard\sl312\slmult0 nos etiam Pacis. Da flores, Flora, quotannis

\pard\sl312\slmult0 sanguineos (nam sanguineos in flore colores

inque verecunda tantum modo virgine laudas;

melle, oleo, vino gaudes, non sanguine, Flora),

da memores frondes, quibus ara colatur, acanthi.

In medio nobis effulgens Pacifer auro est,

\pard\sl312\slmult0 stant etiam quotquot sublimes sanguine pacem

\pard\sl312\slmult0 fecerunt patriamque suo, tua, Flora, seges, quae

interit et semper longo nova germinat aevo.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Namque aliquid sancti sub terra vivere certum est

\pard\sl312\slmult0 ipsius in Romae natali monte quadratae.

\pard\sl312\slmult0 Hunc olim dubias luna crescente per umbras

pastores ausi rastro temptare. Silebat

gloria iam Romae, iam sacri fana Palati

corruerant. Vetus haec late tenet omnia rudus.


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Plurimus obicitur caespes frondentis acanthi

\pard\sl312\slmult0 atque oblita sui caecis de stirpibus arbos;

et lapidis fragmenta iacent in sentibus albi

lapsaque subrident scolymis capitella severis.

Instant semiruti muscoso fornice muri

\pard\sl312\slmult0 herbaque de rimis quatitur vitriaria vento,

\pard\sl312\slmult0 pendula ut a tuguri sordenti scruta fenestra.

Hic pictos in calce deos iam diluit imber,

hic male fixa truces scindunt aulaea procellae.

Est lapidum scabies, sunt saxa virentia musco,

\pard\sl312\slmult0 sunt putres hederis freti cingentibus arcus.

\pard\sl312\slmult0 Ignaris haec apparent velut antra gigantum

qui iam rixati disiectis undique saxis

nunc absint procul atque errent in montibus altis.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Tum fodiunt antrum praedones. Ecce moventes

\pard\sl312\slmult0 immanem lapidem, penitus lucere cavernam



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 mirantur, dein effosso procera sepulcro

membra viri magno perculsi vulnere pectus.

Mirantur positum variatis corpus in armis

ignotumque hirta galea caput. Omnia secum

\pard\sl312\slmult0 attulerat praeter gladium, nec balteus auro

\pard\sl312\slmult0 et crebris fulgens cingebat pectora bullis.

Desuper ignoto capiti vigil imminet ignis

et priscum flamma non cessat lambere vulnus.

Tum Fauni similis circum pallescere caelum

\pard\sl312\slmult0 et languere simul tenebras et sidera pastor

\pard\sl312\slmult0 cernit:

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 hirundinibus leviter sonuere ruinae

\pard\sl312\slmult0 suspensique nigris capitellis ordine nidi.

Apparent dumi tremulaeque cacumina silvae

et celsae pinus in vertice Pallanteo.

\pard\sl312\slmult0 Coepit tum pastor traductam lampada luci

\pard\sl312\slmult0 et matutino trepidam proponere vento,

dein bucca sufflare fera, dein mergere fonte:



\pard\sl312\slmult0

nequiquam, posuitque iterum redditque sepulcro

ardentem, tacitumque iterum lapis occulit antrum.

\pard\sl312\slmult0 Semper ubi splendens pendet tibi, maxime Palla,

\pard\sl312\slmult0 primitiae tantae laudis tantique laboris,

atque agit excubias aeterno lumine Romae.

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Aeternum spiras, aeternum, Roma, viges. Tu

\pard\sl312\slmult0 post multas caedes, post longa oblivia rerum



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 et casus tantos surgentesque undique flammas,

\pard\sl312\slmult0 tu supra cineres formidatasque ruinas

altior exsistens omni de morte triumphas;

tu populis iuris per te consortibus offers

mirandam te nunc in primo flore iuventae,

\pard\sl312\slmult0 Pallantis similem, tutam fulgentibus armis,

\pard\sl312\slmult0 accinctam gladio: terrarumque imminet orbi

illa ingens cuius gentes de lumine lumen

primum accenderunt, quae nobis discutit umbram,

Roma potens, vitae potior tua tempore lampas.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

v. 3. De tribus nominibus Romae cfr. Gregorovius I, pag. 458; Graf, *Roma nel Medio Evo*, I, pag. 13 [Vide etiam quae adnotata sunt ad v. 131 *Solitudinis*].

v. 7 sq. Cf. Soph. *Antig*. 781, 785.

v. 15. De Pallantis feretro cf. Verg., Aen. XI, 65: “ arbuteis... virgis ” et sqq. ad sqq.

v. 112 sqq. De ascia cf. Iac. Boni in *Nuova Antologia*, 16 aprile 1911, pag. 21.

v. 234. *Frameati* a *framea*. Tac. Germ. 6.

v. 278. *Favisae* locum sic appellabant, in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem, qui putant, favisas esse in Capitolio collis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia. Fest. p. 62 Th.



\pard\sl312\slmult0

v. 303 sqq. De Roma deserta cf. Gregorovius I, pag. 306, 309.

v. 409 sqq. De Pallantis sepulcro cf. Wilh. Malmesburgehsis (Migne, CLXXIX, pag. 1191), 357.

\pard\sl312\slmult0

\p
ard\sl3
12\slm
ult0INN
O A
ROMA

\pard\sl312\slmult0

\pard\
sl312\slmul
t0 *Gl'Itali
non mutato
dal tempo
di Romolo il
nome,*

Roma,
*ti serbano:*
Roma *era
ne' secoli,
ed è.*


\pard\sl312\slmult0

\p
ard\sl3
12\slm
ult0

IL
NOME
MISTE
RIOSO

\pard\sl312\slmult0 O – ma qual nome ora, de' tuoi tre nomi,

dirà l'Italia? Il nome arcano è tempo

che si riveli, poi ch'è il tempo sacro.

Risuoni il nome che nessun profano

sapea qual fosse, e solo nei misteri

segretamente s'inalzò tra gl'inni:



\pard\sl312\slmult0

mentre sull'ombra attonita una strana
alba appariva, un miro sole, e i cavi
cembali intorno si scotean bombendo –
Amor! oh! l'invincibile in battaglia!
oh! tu che alberghi nei tuguri agresti!
oh! tu che corri l'infinito mare!
Vennero in prima schiere a te, per l'onde,
d'esuli armati, ed una stella d'oro
reggea le navi incerte del cammino;
a te noi genti italiche la stella
d'allora tra le fiamme e tra le morti
col raggio addusse che giammai non muta.

\pard\sl312\slmult0

## IL PRIMO EROE

\pard\sl312\slmult0 Chi per te primo, immensamente amata,
\pard\sl312\slmult0 cercò la morte? Fu nella penombra
dei tempi, grande, lungo il Tebro, un pianto.
L'eroe Pallante era caduto. Offerse
l'àlbatro il bianco de' suoi fiori, il rosso
delle sue bacche e le immortali fronde.


\pard\sl312\slmult0

Gli fu tessuto il letto di quei rami
de' tre colori, e furono compagni
mille al fanciullo nel ritorno a casa.
E fisi in quella bara tricolore
i mille eroi con le possenti mani
premean le spade; ed era in esse il fato.
Oh! ma che pianto fu cosí tornando
al vecchio padre! Era suo padre un vecchio
povero re, dalla silvestra reggia.
Fauno, il suo nome; ed abitava i sassi
del Palatino, tra le antiche selve
misterïose. E tu non eri, o Roma.


\pard\sl312\slmult0

Anzi per il rupestre Campidoglio
eran macerie già muscose, e bianchi
ruderi sparsi si vedean tra i folti
cespugli del Gianicolo: rovine
di due città vinte dal tempo; ed ora
quelle rovine trite e sonnolente
empiva a volte del suo rauco augurio
lo stuol de' corvi. E Fauno avea per reggia
una capanna piccola, coperta
di felci e stoppia. E guardie sulla soglia
avea due cani, che correndo innanzi
bandían, lieti abbaiando, il suo ritorno.

Al re non tromba dividea la notte
buia in vigilie: gli diceva – È l'alba –
di sul colmigno il passero, e la rondine,
anche piú presso, gliel garría dal trave.
E quindi il tempo portò via quel Fauno
e il suo dolore, e la caduca reggia;
e sul Palazio ignare le giovenche
pascevano, e la valle posta al piede
si mescolava d'un belar d'agnelli.
E se il pastore aveva udito un qualche
urlo di lupi, egli, racchiuso il gregge
in uno speco, s'addormía tranquillo.

Veniva allora, per le tenebre, una
lupa, e fiutava il chiuso lupercale.
E Fauno, il buono, nelle selve ombrose
cantava il canto delle foglie ai venti,
invisibile. E sulle antiche quercie
picchierellando senza fine il picchio
sacro contava gli anni tanti, gli anni
tardi a venire.

\pard\sl312\slmult0

## LUPI ED AQUILE

\pard\sl312\slmult0   Aprile, che s'apriva

\pard\sl312\slmult0 il fiore, venne, e il Tevere più gonfio

portava l'onde con un grande rombo:

e d'ogni parte sulle piane e i colli

arsero fuochi nella notte sacra.

Tutto splendé. Fiamme correva il fiume.

Però che, intorno, alle selvaggio stanze

fuoco i pastori davano, mutando

già le capanne, d'erbe e frasche, in case.

E poi, saltando sulle fiamme, un canto

diceano, sacro: «Fuoco puro, Fuoco



\pard\sl312\slmult0

grande, buon Fuoco, che ammollisci e domi,
portati via queste capanne, portati
via questi nidi! Noi non siamo uccelli,
lupi noi siamo. Addio, cose d'un'ora!
Siamo per fare una città ch'eterna
duri, ed un proprio focolare, in mezzo,
sarà per te, che mai non dormi, o Fuoco!»
Ed una torma giovanil piú fiera
diceva: «Oh! bello andare al vento! È bella
È l'ora che fugge, e sempre un altro il sole!
La terra sempre nuova sotto quelle
antiche stelle! Voi da voi ponete

tra il mondo e voi pur quella fossa ignava:

sia senza fine a noi la via, la terra

senza confine! Lupi, sí; ma ora...

dateci l'ale, o aquile!»

\pard\sl312\slmult0

## L'ARATORE

\pard\sl312\slmult0   Uno arava.

\pard\sl312\slmult0 Egli segnava, sull'aurora, un solco

quadrato intorno al colle Palatino.



\pard\sl312\slmult0

Sentian le zolle il primo aratro allora.

E sotto il giogo era una vacca bianca

e un rosso toro, che di quando in quando

il rauco fiato si gemean sul collo,

molto anelando. E la città futura

stava e mirava, coi vincastri in mano

e con indosso pelli irte di capre.

Ma gli altri fieri, a chi piacea l'andare

col gregge errante, e l'erba che piú bella

rinasce sempre sotto il dente al gregge,

ridean dei semi che dovean sotterra

marcire al buio. E gli uni e gli altri torvi

aveano gli occhi, e l'ansito ondeggiante.
Stava il fratello, qua, del Capo, anch'esso,
con lui, lattonzo della lupa; ed ora
schifiva, lui villano, egli pastore.
Taciti i buoi tiravano nel cupo
tacer di tutti; che fuggiano il grande
bifolco orrendo ch'era loro a tergo.
E qui, con l'ale largamente aperte
al sole, apparve un'aquila, che ferma
mirava a lungo quel lavoro in terra.
Poi, fisa sempre, s'affondò nel cielo.

\p
ard\sl3


\pard\sl312\slmult0

12\slm
ult0

## LE VOCI DEL FIUME E DEL MARE

\pard\sl312\slmult0 Il pazïente aratro col suo coltro,
\pard\sl312\slmult0 allora, piú splendente della spada,
prendeva a forza, con ferite a fondo,
la terra; e il Tebro che lambiva il colle
con l'acque torbe, vie piú alto un suono
mettea chiamando l'anima dei forti:



\pard\sl312\slmult0

«Oh! voi, che aprite con un rostro adunco
la terra, omai la prora che toglieste
alla mia nave, a lei rendete, o figli;
ed ora in me, con quella ch'è il mio coltro,
segnate un lungo solco sino al mare,
sino al gran mare, azzurro e piano; e oltre!
Bene avverrà!» Cosí diceva il Tebro
con l'incessante murmure; ma il vento
di primavera dal lontano lido,
sempre piú forte, le narici aperte
a lor bagnando de' suoi salsi spruzzi,
«Oh! voi che fate una città pastori,»

diceva «eccovi l'atrio, ecco le porte

color di cielo, e il limitar che tuona

sparso di schiuma dalle larghe ondate.

O cittadini, ecco la via già fatta,

labile, piana, e ne son pietre i flutti.

Dall'urbe uscite: avanti voi c'è l'orbe!»

Allor li prese un vago amor dell'onde

che sempre vanno a modo de' pastori;

di sempre andare e pascolare il mondo.

\p
ard\sl3
12\slm
ult0

LA
RISSA


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0   Pales, o grande e buona Iddia, di latte,

\pard\sl312\slmult0 munto d'allora, ti facean l'offerta.

Nella città non nata la giovenca

cimava steli e fiori; a lunghi sorsi

beveva il toro; ed il tuo colle a un tratto

suona di grida. Rissano i pastori

proprio nel solco, un passo dall'aratro,

che riposava. Gli uni avean lo spiedo

da caccia, gli altri aveano l'ascia in mano.

Questi già pietre, qua e là, da terra



\pard\sl312\slmult0

traean tagliando e scalpellando; e quelli
piangean la terra duramente offesa.
«Non era assai picchiarla con la zappa,
fenderla poi col vomere! Ecco, l'ossa
vogliono ancora frangere alla madre!»
Vennero all'armi, e l'ascia del lavoro
sentí la morte, e tu nell'aria rosa
tremavi, o stella d'oro della sera,
vedendo in cielo nuvole suffuse
del sangue ch'era sparso in terra.

\pard\sl312\slmult0

L'
ASCIA

\pard\sl312\slmult0 Roma
\pard\sl312\slmult0 purificata balzò su dal solco
rosso di sangue, che alla Terra Madre
consacrò l'ascia onde l'avea ferita,
onde l'avrebbe per le genti tutte
ferita ancora. O ascia, in ogni plaga
ti dedicò, per questa grande Italia,
ti seminò, ti sotterrò nel mondo.
Tu sotto i templi e sotto l'are e sotto

gli anfiteatri semiruinati
ti trovi e sotto l'ardue terme, infrante
presso le nubi. Te nel cor le sponde
sentirono del Reno e del Danubio,
t'ebbero le foreste invïolate
e le sabbie arse che il leon sue rugge.
Tu sei presso le moli, ove sepolti
sono i giganti; sotto gli occhi fissi
eternamente della muta Sfinge;
tu sotto accampamenti che nessuno
piú troverà. Tu scalpellasti i massi
per le infinite pompe del trionfo.

E per te l'Arco trionfal si prese

l'arco del cielo, e sulle vie la Gloria

aprí tra due colonne le sue porte

senza battenti.

\pard\sl312\slmult0

LE STRADE

\pard\sl312\slmult0 Era vicino al tempio

\pard\sl312\slmult0 del dio Saturno, dio seminatore

e falciatore, un grande cippo, d'oro.



\pard\sl312\slmult0

Di lí per l'orbe tutto lanciò Roma
le strade sue di duro sasso e duro
suono. Di lí, dal cippo d'oro, sette
vie quattro volte si lanciarono oltre,
ai quattro venti, e prima tra sepolcri
moveano, a piè di tumuli e cipressi,
sotto la tacita ombra funerale;
poi via per verdi campi e per deserti
diritte come solchi, e via tra rupi
tagliate da scalpelli, e via per selve
profonde, mute, solo allor ferite
dal ferro ignoto, e via sopra veloci

fiumi aggiogati con eterni ponti,
e via per l'Alpi, che vincean con giri
blandi, le irate. Da quel sasso, a forza
ruppero un tempo tante vie sul mondo.
Parea che un luminoso Sagittario
via via volgesse a tutti i venti il grande
arco fatale, e saettasse intorno intorno,
stante nel bel mezzo, il cielo.

\pard\sl312\slmult0

## LA LEGIONE



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0   Le dure suole e i cerchi delle ruote

\pard\sl312\slmult0 fecero i solchi in queste vie, battute

dalle coorti che movean, le insegne

contro i terrestri. Andavano, e la schiera

villesca alzava per insegna un fascio

d'erba. Prima la falce e poi la spada.

Mai non mancava fra le spighe il rosso

di qualche fiore. Fissa, poi, sull'asta

era una mano, ch'è una pianta sola

con piú rampolli. Della via fu



\pard\sl312\slmult0

guida poscia la lupa; e si vedean passare
cignali e smisurati liofanti.
E fausta, infine, di tra un baglior d'oro
l'aquila uscí: le ignare terre e l'onde
remote corse un brivido ed un fremito
al ventilare delle sue grandi ale.
E le legioni col lor pilo grave
per quelle vie senza la meta e il fine,
mossero intorno. Ed assembrava allora
tutte le genti e i popoli l'antica
búccina, che al pastore fuor di mano
sul far di notte avea mandato un segno.


\pard\sl312\slmult0

E dominava sotto giusto impero,
tutti, il sottile tralcio d'una vite.

\pard\sl312\slmult0

## I MESSAGGERI

\pard\sl312\slmult0 Alle battaglie, in mezzo ad una nube,
\pard\sl312\slmult0 eran presenti i due gemelli Dei.
E niuno mai li vide; ma soltanto
tra squilli gravi delle trombe, acuti


\pard\sl312\slmult0

de' litui, e grida ed ansimar feroce,
s'udiano al vento alti selvaggi ringhi.
L'uno era chiaro come l'aureo sole;
l'altro parea la notte opaca, ed era
avviluppato in ombra di dolore.
Ivano a paro avanti le coorti
di bronzo, i forti giovinetti in fiore,
erti su gl'immortali lor cavalli.
Ma in mezzo al mare, quando sulle lievi
liburne erano le aquile, ondeggianti
per la fortuna, e l'armi contro l'armi
cozzanti, allora divenian due stelle,

che rifulgeano fisse tra il brandire
degli alberi e l'oscillar delle antenne.
Erano questi i tuoi corrieri, al cenno
pronti, o Vittoria. All'apparir del vespro,
volgean del pari il corso de' cavalli,
e per le strade andava il colpo e il tonfo
dei risonanti zoccoli; e i cavalli,
ecco, anelanti, essi adduceano all'acqua:
o dea Iuturna, all'acqua tua perenne:
né già cadean le stelle né le nubi
dalla prima alba erano ancora orlate.
Vegliava un solo focolare in Roma,

v'era una sola casa, che mandasse

baglior di luce dalle sue transenne.

Vesta attendeva i reduci seduta

al fuoco inestinguibile.

\p
ard\sl3
12\slm
ult0

I
DUE
GEME
LLI

\pard\sl312\slmult0 Fratelli!

\pard\sl312\slmult0 O in pace alfine (come voi chiamasse

il tempo antico) ora; non già, fratelli,

allora, anche pugnaci sotto il ventre

della nutrice vostra lupa fosca:

tante pendean le poppe, e tra voi d'una

sorgea contesa, per averla entrambi:

voi che la lupa con la scabra lingua

non ammansava, ed ammansò la morte:

che stretti poi con infrangibil patto,

come la notte è giunta al dí, celesti

cavalcatori, componete il tempo,

non interrotto, con la luce e l'ombra;

su! le criniere v'attorcete in mano,



\pard\sl312\slmult0

saltate su, lanciateli: da tanto
hanno i cavalli l'émpito nel cuore!
Al lor ritorno avvinti per le briglie
alle colonne vostre, dagli augusti
ruderi il loglio antico pasceranno.
Ma ora andate a rivedere i campi
delle legioni, a riveder le terre
onde v'avvenne riportare il nunzio
della vittoria. Si combatte ancora
con ferro e fuoco. Sono le coorti
d'allora; al cielo va la polvere, alto
suona il fragore. Colmano bassure,

piantano i valli, sfanno i colli, occulte
forano vie per entro le montagne.
Sono picconi l'armi nostre. Andate
propizïando! il Popolo pilumno
pensi i trionfi che menò, le leggi
che fece, il dritto che impartí, la pace
che diede e allievi il suo lungo lavoro
d'oggi con la sua gloria veterana.

\pard\sl312\slmult0

LA VERGINE



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ora ascoltando le sorsate al fonte
\pard\sl312\slmult0 sacro, e il bussar dell'unghie alterne in terra,
nel tempio augusto pallida taceva,
fisa con gli occhi, la sacerdotessa;
poi, nell'alto silenzio risonando
una voce mirabile: Vittoria!
ella premea nel cuore quella voce
e quel portento e s'avviava all'arce
del Campidoglio. E il popolo mirava

tacitamente ascendere il pontefice

e la vergine massima.

\pard\sl312\slmult0

## IL PASSO DI ROMA

\pard\sl312\slmult0   Divina

\pard\sl312\slmult0 cosí con passo sempre ugual, di gloria,

andava Roma verso il grande imperio.

E monti e valli e fiumi e selve al passo



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Vidisti magno repentes corpore sauros

\pard\sl312\slmult0 arboribus vesci totis et sternere silvas,

\pard\sl312\slmult0 maioresque fide caelo volitare chimaeras.

Nos effossa quidem monstrosa tremiscimus ossa,

tu, credo, refugis subita pavefactus ab umbra.

Qua fluere Argentum spatioso flumine dicunt

\pard\sl312\slmult0 aequoraque atque herbis undantes findere campos,

\pard\sl312\slmult0 plurimus huc illuc it grex fugitivus equorum,

qui tua, Libertas, quondam videre vocati

pilea, quive iubas dederunt effundere ventis
invito domino, fratrum vexilla secuti.
\pard\sl312\slmult0 Omnes servilem postquam posuere coronam,
\pard\sl312\slmult0 silvestres animos et vitae sensa prioris
prorsus equi memores desueto corde resumunt.
Dilabuntur ibi mores nebulaeque recedunt:
apparet rerum praeformidata vetustas.
\pard\sl312\slmult0 Hos placide magno pascentes agmine culmos
\pard\sl312\slmult0 perculit interduro temere pavor, atque gregatim
illinc praecipiti sese eripuere tumultu.

Iam sine fine viam pedibus crepitantibus urgent,

iamque volant spatiumque vorant. Non saxa morantur,

\pard\sl312\slmult0 non praerupta fugam: saxis inliditur agmen

\pard\sl312\slmult0 aut alto sorptus grex permiscetur hiatu.

Hinnitu permixtus adest et pulvere nimbus.

O miseri, si qua procul armentarius egit

semiferas pastum pecudes hiberna metatus

\pard\sl312\slmult0 atque illac querulos durat sub pellibus imbres!

\pard\sl312\slmult0 o miseri quibus auditus fragor ille propinquat

par adventuro flammis equitantibus igni!



\pard\sl312\slmult0

Mox et adest et abest, terit et rapit omnia turbo.

Quid fuit? Emersum palantibus improviso

\pard\sl312\slmult0 ostendit vetus immensam megatherion umbram

\pard\sl312\slmult0 immensaque ruens umbra fugientibus instat.

\pard\sl312\slmult0 Planities et campus equis placuere iubatis,

\pard\sl312\slmult0 villosis ovibus montes et culmina nuda

durataeque nives rigidaeque Aquilone pruinae.

\pard\sl312\slmult0 Ipse Aquilo denso vestivit vellere sensim



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 inspirans ovium tremibundis frigora tergis,

ipse et in aeria balantes rupe monebat,

frigora vitarent modo, nil aliunde timerent.

Montivagum vero ventum iam vallibus orti

\pard\sl312\slmult0 fugerunt homines, durum genus. Hinc ubi primum

\pard\sl312\slmult0 ignaro signavit humum pede degener agnus,

edita quaeque petit, scopulis insistit acutis

monstrataque via miratur pergere matrem.

Hinc si quando gregem totum metus impulit, ut se

\pard\sl312\slmult0 proriperet miserabiliter pastoribus una,

\pard\sl312\slmult0 pastores recta summum conscendere montem

non dubitant. At oves natali monte potitae

iam tremula solitos arcessunt voce magistros.

Infortunatas, animae quibus abstulit olim

\pard\sl312\slmult0 serva dies plus dimidio! Pastoris egentes

\pard\sl312\slmult0 quem fugere, vocant stantes in vertice celso.

Quis veniente gravi vexatas tondeat aestu?

Nam quas induerant, Borea suadente, lacernas,

non auctoratis ultro deponere fas est.

\pard\sl312\slmult0 Aut quis opem ferat enixis? Est vita misellis


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 servitium nec oves haec umquam fata latebant.

Scitis, oves; ideoque, animos ut flectat heriles,

vox puerum sonat et balbas imitata querellas

duplicat et tremulas tantillo momine cunas.

\pard\sl312\slmult0 Ast immane quidem, vernae, clamatis, aselli!

\pard\sl312\slmult0 Num libertati memores inhiare priori

crediderim? Frustra: non vires prorsus eaedem,

nec latus est asinis nec adaequans ungula ventos.

Nunc aliud longe est; minuit namque omnia servis



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 condicio nova, quae solas produxerit aures.

\pard\sl312\slmult0 Vixdum Libertas asinum respexit anhelum,

vapulat ille: tenet citra servilia fustis

currentem breviter pecudem longeque rudentem.

At tu parce, precor, dorso patientis, agaso:

\pard\sl312\slmult0 namque asinus magis et prodest, atque ipse leo rex.

\pard\sl312\slmult0 Nunc pingues reptat grunditus ingeminans sus,

\pard\sl312\slmult0 addictus lanio nascens animaque salitus,

ne vitiaretur, petaso merus. Huic aliquando

in silvis cordi rixaeque et bella fuerunt,

\pard\sl312\slmult0 et porci magnos non extimuere leones.

\pard\sl312\slmult0 Nunc quoque serpentes audaci frangere morsu

non timet ac rostro passim iactare rebelles.

Cum multi caderent, complures edere fetus

femina sus olim partu consuevit in uno.

\pard\sl312\slmult0 Sic multos circa matrem nunc saepe videmus

\pard\sl312\slmult0 porcellos crepitu cum grandi grana friantes:

non aliter vitreis a lamnis frangitur imber.

Ipse autem fragilis priscis grunditus ab annis.

Namque olim coluit caecis impervia dumis



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 et perrumpebat cuneato corpore silvas.

\pard\sl312\slmult0 Cedebant pecudi late virgulta ruenti

nec saetis hirtam violabant vulnere pellem:

rimas ipsa omnes rostro temptabat acuto.

Cum vero nigris per cuncta sub ilicibus grex

\pard\sl312\slmult0 erraret, socias ibat grunditus ad aures

\pard\sl312\slmult0 perpetuus, comitis signum pascentis in umbra.

At soli potior si quando occurreret hostis,

tum subito martem lituique tubaeque canebant,

tum limae rigor et serrae non rasilis horror



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ex iugulis uno suis erumpebat hiatu:

\pard\sl312\slmult0 scit lanius rectaque petens praecordia culter!

Heu miserum mensis qui se devoverit ultro!

sive coquos nocuit non praevidisse futuros.

\pard\sl312\slmult0 Subus erat sedes sub caelo dura palustri:

\pard\sl312\slmult0 cum letalis hiems et silvae plangor onustae

\pard\sl312\slmult0 appeteret, glandemque ultro demitteret ilex,

tum gelidis acti ventis perrepere dumos

consuerunt et in ignavos pinguescere somnos

atque famem dape festina satiare futuram.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sic hiemi superesse quidem potuere soporae,

\pard\sl312\slmult0 inde sed ingiuviem traxit morosa suum gens

atque adipem et multo gratos nidore botellos.

\pard\sl312\slmult0 Nam vos non prisco vestistis tempore vobis

\pard\sl312\slmult0 vellus, oves, adipemque, sues. Nos iuvit equorum

\pard\sl312\slmult0 ille pavor; nos praecipiti rapit ungula plausu:

\pard\sl312\slmult0 ictu cornigerae trahitur grave frontis aratrum

nunc cytisusque, boves, nostros lactescit in usus.



\pard\sl312\slmult0

Nosque ovibus lanas augemus et ubera vaccis:

non montes ovibus, subus querqueta vetamus:

\pard\sl312\slmult0 prata damus nos bubus, equis damus aequora camporum:

\pard\sl312\slmult0 at vobis, asini, paleas et verbera tantum;

nil nisi clitellas et iniquo pondere saccos.

Degenerem temnunt, nisi quod non rusticus odit

consortem tuguri, socium non spernit opellae;

\pard\sl312\slmult0 doctus et a misero sensim miser, illud in ore

\pard\sl312\slmult0 semper habet, *Satis esse cito si sat bene*; numquam



\pard\sl312\slmult0

festinat; sedet expectans, dum detonet imber;

non acuit rediens a iacto semine falcem».

\pard\sl312\slmult0 Argumentum poematis: Quales fuerint pecudum, antequam deprehenderentur et mansuefierent, habitus et quasi naturales notae et quae maxime earum propria nobis potissimum cesserint in praedam atque usum.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0CANIS

\pard\sl312\slmult0

Errabant homines rari sub sole, novaque

a tellure nihil, nisi delituisse, petebant:

raro occurrebat simili per inhospita genti

turma bipes, ac tum praeter cunctantibus ibant

\pard\sl312\slmult0 passibus: at matres riserunt matribus ultro,

\pard\sl312\slmult0 atque hominum scymni, dum grex ignotus abiret,

respectaverunt inter se longa tuentes.



\pard\sl312\slmult0

In specubus latebrae: quin et secreta paludum
quaerebant et fulta suis magalia vallis.
\pard\sl312\slmult0 Namque ferae desertorem feritatis homullum
\pard\sl312\slmult0 obsessum fremitu tristes et fraude tenebant,
qui pedibus mallet binis errare vacillans
altaque spectaret, magnasque addisceret artes,
dum tacet et nec agit quicquam nec somniat idem:
\pard\sl312\slmult0 cogitat. Hoc uno nam se differre videbat
\pard\sl312\slmult0 ille feris, quod se deberi sciret et omnes,


\pard\sl312\slmult0

quamvis ignaros, incerto tempore morti.

Hic hominem pressus iampridem terruit anguis:

hinc in perpetuum praesenso pallida leto

\pard\sl312\slmult0 ora, suumque animo sanguen vitreaeque renato

\pard\sl312\slmult0 sunt lacrimae, nutansque in culmo risus eodem,

ut calyci flos est, ut fiori proxima baca.

\pard\sl312\slmult0 Solus homo vitam medio degebat in hoste

\pard\sl312\slmult0 hostilique famem praeda tolerabat, et ibat

\pard\sl312\slmult0 excudens silices, sumptis de flumine cultris,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 venator. Mensae verrebat pastus ab antro

relliquias, nudata ferinis dentibus ossa.

Quid post ille? Super collecta fronde iacebat

expectans misere dum dilucesceret, ac nox

\pard\sl312\slmult0 secum summotos in lucum ferret ab antro

\pard\sl312\slmult0 hostiles tandem gemitus iramque ferarum.

Quippe incerta quies, et multa nocte tumultus

caecus, et in trepidis numquam non somnia rebus.

Quin si quid tenebrae summissa voce silebant,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 tum vero vigiles aliqui veniebat ad aures

\pard\sl312\slmult0 malarum crepitus, tum limine murmur in ipso

circumrodentis frangentisque ossa leonis.

\pard\sl312\slmult0 Nec fuit iste leo: nam noctu saepe revisens

\pard\sl312\slmult0 membra pilumque lupo similis comparuit omnis:

\pard\sl312\slmult0 qui quotiens loca compleret silvestria late

\pard\sl312\slmult0 luna nec esse feras tutis pateretur in umbris,

conspicuum longe longis ululatibus antrum

ipse videbatur magis et defendere praedam

prudens atque suis epulis prohibere latrones.

\pard\sl312\slmult0 Tum lupus assuevit profugae vestigia gentis

\pard\sl312\slmult0 sectari, solitamque dapem nova fregit ad antra:

tum notum crepitum malarum expavit homullus

ipse minus, puerisque feram minus esse timendam

si sibi non aequam, at saltem ratus hostibus hostem.

\pard\sl312\slmult0 Inter praerosas sed tandem luce iacentem

\pard\sl312\slmult0 relliquias — nam plena palus secreverat imbri

nocturno tectum non aeque vespere tutum,

atque aditum dederat quae nunc exire vetabat —

et super ossa feram venator fracta sequacem

\pard\sl312\slmult0 occupat. Haec culices ab aqua quot scimus inerti

\pard\sl312\slmult0 turmatim tenui lituo prodire canentes,

et circumfusas certabat pellere muscas,

escam quae peterent et magno fragmina bombo.

Leniter huc igitur cauda nutabat et illuc,

\pard\sl312\slmult0 ut praesens homini lupus adsurrexit, ero ceu.

\pard\sl312\slmult0 Idque infinito nondum post tempore perque



\pard\sl312\slmult0

innumerabilium lacrimas et funera rerum,

excidit ex animo mutatae gentis eodem:

nam lituos audit tenues et murmura bombi

\pard\sl312\slmult0 vana, simul lupus ille suum praesensit adesse

\pard\sl312\slmult0 cautus erum: caeci culicem reminiscitur aevi:

arrigit auriculas: caudam memor atterit et mox

absentes abigit tremibundo verbere muscas.

\pard\sl312\slmult0 Tum visus lupus est occluso dicere rictu,

\pard\sl312\slmult0 membra levi tremulae dum vibrat momine caudae:

\pard\sl312\slmult0 «Te bene velle mihi iamdudum suspicor, hospes:



\pard\sl312\slmult0

nonne mei causa consulto proicis ossa?

Sed pendens animi miserum miser usque sequor te,

nec nisi nocturna veritus dape vescor odora.

\pard\sl312\slmult0 Fare age, numquid ames his me de rebus amantem.

\pard\sl312\slmult0 Hic per te liceat paullum mihi mane morari».

\pard\sl312\slmult0 At paullum lupus ille, viro parcente, moratus,

\pard\sl312\slmult0 post alias maiora movens est dicere visus:

«Hospes, pace tua, quod nunc iniussus obibam,

\pard\sl312\slmult0 iam liceat vestri servanti limina tecti



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 te natosque tuos dubia de nocte tueri.

Nonne audis, quotiens a caelo luna renidet

clarior et cautos huc gaudet ducere fures,

quo gemitu noctem, quanto resono ululatu?

\pard\sl312\slmult0 Sic, mihi crede, lupos placet hinc arcere tribules.

\pard\sl312\slmult0 Consuevit, dum te vereor metuoque videri,

ex oculis tantum mihi conivere vicissim

alteruter. Licet his tibi iamnunc viribus uti:

iam nostro tutus levisomno corde quiescas».

\pard\sl312\slmult0 Hinc venia lupus ille data sua limina noctu



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 fovit: at hinc etiam atque etiam maiora petebat:

«Cur non has epulas iusto mihi iure dicabis,

ut sit fas aedes me vel celebrare diurnum?

Nam satis est mihi quod super est tibi: nil nisi cenae

\pard\sl312\slmult0 relliquias, ere, nil tecti nisi limen amabo.

\pard\sl312\slmult0 Intus ut est domus hic tibi me secura cubante,

sic tibi pura foris hic me vescente futura est.

At metuis, credo, pueris: age, mene lupum quem

esse putas, compar qui sim similisque luporum?

\pard\sl312\slmult0 Non sum quod videor, nec es, ipse quod esse videris,

\pard\sl312\slmult0 tu quoque, simiolus versuto pollice dexter.

Quod secus est: namque ille nuces, tu sidera servas».

\pard\sl312\slmult0 Hinc noctuque lupus coepit servare diuque

\pard\sl312\slmult0 limen: at hinc etiam atque etiam maiora petebat:

\pard\sl312\slmult0 «Utere me socio. Tacitus quandoque tacenti

\pard\sl312\slmult0 obsequar, adque pedes proiectus crura iacebo.

Res video fieri semper te deside magnas.

Per caelum nubes ego, tu ventura sequeris.



\pard\sl312\slmult0

Iamque habilem vocem qua tu comprendere suesti

\pard\sl312\slmult0 quidlibet hiscentis digitis quasi mollibus oris,

\pard\sl312\slmult0 agresti rudis hanc imitari gutture coner:

beluaque ignorans me mutavisse loquellam,

subsultim vestro baubantem more tremiscet».

\pard\sl312\slmult0 Hinc loquitur, minitabunda sed voce videtur

\pard\sl312\slmult0 usque loqui lupus invite. Tum plura petebat:

\pard\sl312\slmult0 «Utere me comite et socio: nam dedecet unum

me vesci, grata minus hac sine pulvere, praeda.



\pard\sl312\slmult0

Sit labor amborum, quando hinc est victus utrique.

Me comitem venator habe, perque omnia ducam

\pard\sl312\slmult0 arguto quasi fila legens erratica naso.

\pard\sl312\slmult0 In lustris catus aut intra fruticeta latentes,

ancipiti quatiens tacitum molimine corpus,

monstrabo tibi saepe feras: tibi iussus apertum

detrudam in campum, certae mox praemia fundae:

\pard\sl312\slmult0 aut et agam celeres celer, et pede praepete vincam

\pard\sl312\slmult0 exanimes: nec plura tamen, quam sponte dedisti,

iure meo repetam: iam iusto foedere certum est
id satis esse mihi, si quid tibi forte supersit».
\pard\sl312\slmult0 Belua quaerenti socio memor adfuit olim
\pard\sl312\slmult0 (tessera tum vero data et est accepta vicissim)
\pard\sl312\slmult0 scymnis saepta suis, summo quae pignora dente
singula pertulerat, tacitoque haec ore precata est.
«Nonne tibi pueri tepido versantur in antro?
Ne scymnos uri vento neve imbre madere
\pard\sl312\slmult0 nunc patiare meos: parvis des, optime, parvos

\pard\sl312\slmult0 ludorum socios, ipsos et ludicra, dono.

Tolle, seda pullis dulcem ne distrahe matrem.

O quam ridiculos mansuefactosque videbis

atque catos! Age, quod neutros taedebit, adopta!»

\pard\sl312\slmult0 Sic matrem securus homo deduxit in antrum

\pard\sl312\slmult0 et fetus, proprio catulos ac nomine dixit

pullos atque CVanem CVmulata prole parentem.

Hinc nobis canis est, multis ex hostibus unus

non hostis neque mancipium neque verna, sed hospes.

\pard\sl312\slmult0 Salve, fide canis. Quisnam mentitur ali te
\pard\sl312\slmult0 ancipitis quaestu caudae vocisque timendae,
dum latres et aduleris, des cetera somno?
Tu genus humanum, tua nostrum praeda parentem
et tua procuso silici comes addita naris
\pard\sl312\slmult0 servavit, facili vitam dum cerneret aere,
\pard\sl312\slmult0 naturam ferro dum debellaret et igni.
Nullus homo foret, et silvis nunc obsita tellus
implacabilium resonaret bella ferarum,
vosque supervacui taederet, sidera, caeli,


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nulli visa, faces in caeco funere claras.

\pard\sl312\slmult0 Nos sumus auxilio, lupe mansuefacte, vigemusque

arte tua, — nec bella manent nisi nostra per orbem,

nec superest alius nobis lupus, atque viro vir

et populus populo meliori maior et arma

\pard\sl312\slmult0 artibus: et sordent inamoeno sidera caelo

\pard\sl312\slmult0 nulli visa: — nec heu! tu nos ad talia pridem

servasti, nec nos ita depugnare docebas,

fide canis: sed ovi iussisti parcere captae

tutaque pro tepida concedere pabula lana.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Vexabas lupus, adservas canis, ac pius agnum

\pard\sl312\slmult0 demulces et ero monstras opis asper egentem

latrando. Tu tela pedo, tu lacte cruorem

et mutare gravem suasisti moribus iram.

Qui per aperta feras insectabare pedum vi,

\pard\sl312\slmult0 idem nunc tarde gressus comitaris euntis

\pard\sl312\slmult0 pastoris timidasque vetas deerrare capellas.

Nec tamen adsumis quicquam tibi praeter erilis

relliquias dapis: ex praeda contentus edebas


\pard\sl312\slmult0

nuper ut ossa, serum sic iam de lacte ligurris.

\pard\sl312\slmult0 Salve, fide canis. Qua fumus volvitur et qua

\pard\sl312\slmult0 sulcus hiat, tuus adsurgit latratus in auras.

Tu regis errantes, solaris in Alpibus aegros,

exanimos reficis, calido fodis ore sepultos:

tu pueros vigil observas ad naufraga custos

\pard\sl312\slmult0 litora, et a gelidis torpentes excipis undis:

\pard\sl312\slmult0 tu celer in libycis damam praevertis arenis,

carpentemque vides et vix mandente potiris:

tu iunctus traheae summas perlaberis oras

et iam vestigas terrarumque olfacis axem.

\pard\sl312\slmult0 Hic petis horrendos audaci dente leones,

\pard\sl312\slmult0 hic venaris avem, potior pedes alite, parvam,

hic circumcursas, obsonature, macellum

sportam dente ferens, hic tinnula cymbala pulsas

et Maccum geris, hic ab ero discedere functo

\pard\sl312\slmult0 posse negas ipsumque foves in morte sepulcrum.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 v. 142 Cfr. Curtius Grundzuege d. Gr. Et. 158, 84: 156, 79.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0CASTANEA

\pard\sl312\slmult0

\pard\
sl312\slmul
t0 *En tibi
castaneae,
lenis quas
saepe
rogasti.*

*MARI
AE
IOANNES
grato
animo d.d.d*

\pard\sl312\slmult0

Tertia nox idus anteit iucunda novembres.



\pard\sl312\slmult0

Martinum celebrant. Circum de more sagatus

ibat equo: primo laedebant frigora morsu.

Obvius est equiti mendicus. «Da, bone, victum».

\pard\sl312\slmult0 «Assem habeas, assem valeas: non aestimor assis».

\pard\sl312\slmult0 «Da pannum saltem, sagulo bene fote, rigenti».

«En tibi dividuo scindatur paenula dono».

Huic hiemes aestate, Deus, variare dedisti.

\pard\sl312\slmult0 Hac de nocte novum fas est depromere vinum.

\pard\sl312\slmult0 I, terebris atras viola, puer, ordine cupas;

\pard\sl312\slmult0 namque omnis vini faex expurgata resedit.

In lacubus potuit fremitu mussare perenni,

in cupis silet et posita deferbuit ira.

Nunc gemit ampullae quatiens singultibus ora,

\pard\sl312\slmult0 nunc illo vitrei calices rubuere liquato.

\pard\sl312\slmult0 Martinum celebremus: hiems bene vertat egenti.

\pard\sl312\slmult0 Nulla petant hac nocte nucem convivia frustra

\pard\sl312\slmult0 castaneam. Quaedam est atro suspensa camino

sartago: cribrum deceptus imagine dicas:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 huc defunde nuces torrendasque inice flammis;

\pard\sl312\slmult0 at tenui corium prius hiscat vulnere cultri.

Ni facias, anima tibi nux displosa calente

quippe sonet, fors et te laeserit. Ergo age, cribrum

concute et adspira nucibus salientibus ignem.

\pard\sl312\slmult0 Iamque fere crepitant ambusta putamina, iamque

\pard\sl312\slmult0 ulcus hiat summumque cutis diffissa cicatrix

detegit et fracidam (digito modo contere) carnem.



\pard\sl312\slmult0

Tum lanx panda capit, tostum quae spargit odorem

exedrium mulcens. Hiemis salvete sodales,

\pard\sl312\slmult0 crustula potorum, tuguri bellaria, panis

\pard\sl312\slmult0 speustice! salve, hiberna seges montanaque messis!

Ecquam monticolae consumant frigore pultem?

\pard\sl312\slmult0 Cum sarcire cupit centones vilica, cumque

\pard\sl312\slmult0 iuniperus resonat, brumae praenuntia, turdos,

\pard\sl312\slmult0 arbore tunc quidam quasi delabuntur echini



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 atque nucem patuli spinoso e cortice fundunt.

Huic est laetus, equis est qui color optimus et quo

non magis intonsae delectet virginis alter.

Hanc gens tota legunt, pueri flavaeque puellae,

\pard\sl312\slmult0 per iuga repentes et per declivia montis.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Cumque die surgunt et saccos frugibus implent,

\pard\sl312\slmult0 alternoque sonant interdum carmine valles.

Hac puer in numerum calycem dum tundit inertem:



\pard\sl312\slmult0

«Sublucet caelum: iam tintinnabula pulsant

\pard\sl312\slmult0 iamque fenestellae patefiunt: heu! tua numquam».

\pard\sl312\slmult0 Hac recinit virgo pleni sub pondere sacci:

«Cum dulcem aequales semper loquerentur amorem,

rebar id esse dapem: nunc novi: credite, magnum est».

\pard\sl312\slmult0 Vesper adest: audit puerum sub rupe canentem:

\pard\sl312\slmult0 «Nocte ades in somnis, virgo: cur feceris? inquam.

\pard\sl312\slmult0 Ecquis te visat, me visis ut ipsa, cubantem?



\pard\sl312\slmult0

quis, mea vita, volet dulces tibi rumpere somnos?»

Deque iugis audit recinentem Luna puellam:

«Venti increbrescunt et frondibus undique ningit.

\pard\sl312\slmult0 Saepe o pollicitus reditum numquamne redibis?

\pard\sl312\slmult0 Haesit ut in sulco, nudum procul horret aratrum».

\pard\sl312\slmult0 Est sua cuique foco rectis laqueata tigillis

\pard\sl312\slmult0 cella; nec his raris, ut, siquid crate repones

(adrepenti aditus arto dabit ore fenestra),



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 labatur nimis ampla per intervalla; nec aptis

\pard\sl312\slmult0 connexisque ita, non ut vel penetrabilis ullo

fumus et ipse vapor valeant exire meatu.

Hoc pueri lectis tabulatum frugibus explent.

Fumat humo caudex lentoque absumitur igni.

\pard\sl312\slmult0 Nec prius incensis adolent magalia truncis,

\pard\sl312\slmult0 quam ter quinque canant genibus tibi carmina nixi,

ut tueare volens casulam noctesque diesque,

Laurenti, neve igne sinas, experte, cremari

spem victus subitisque domum vanescere flammis.

\pard\sl312\slmult0 Nunc tacitus caudex ardet noctesque diesque,

\pard\sl312\slmult0 nunc procedit hiems, arescunt undique silvae

et veluti rubra squalent robigine montes.

\pard\sl312\slmult0 Ut quassare nuces fragili sub cortice sensit,

\pard\sl312\slmult0 noctem triturae dicit pater. Exstruit uxor

\pard\sl312\slmult0 mensam epulis, promit vappam sub clave meracam,

\pard\sl312\slmult0 scilicet; atque omnis praesto est vicinia: saccis



\pard\sl312\slmult0

excipiunt segetem sectoque in caudice tundunt:

ingeminant, quernis resonant incudibus ictus.

Deinde nuces tradunt iactandas rite puellis,

\pard\sl312\slmult0 donec in alveolis acus innet, grana residant.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hi feriunt, quanto caeduntur ligna tumultu;

\pard\sl312\slmult0 hae, quali crepitu teritur pede glarea, cribrant;

nec non et de more canunt animosque relaxant.

«At rosa si fieres, aliquis si flosculus essem,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 unus utrumque calix (nec me taederet) haberet».

\pard\sl312\slmult0 Sic puer; at deses plena iam corbe puella:

«Illud iuravi fore ut obliviscerer, atris

cum plueret guttis, soles orerentur in umbris!»

\pard\sl312\slmult0 «Quis lunam neget ire via? quae noctibus ambit

\pard\sl312\slmult0 et superat montes, devertit lassula numquam:

\pard\sl312\slmult0 sic me semper amat mea lux nec vertitur umquam».

«Ei mihi, quae coram Mortem sim visa videre,



\pard\sl312\slmult0

cum discedentem vidi; nec dicere quivi:

“Quo, crudelis, abis?” nec: “Quando, vita, redibis?”»

\pard\sl312\slmult0 Haec alterna canunt: cantus levat ille laborem,

\pard\sl312\slmult0 ut vires tenuis quantumvis vappa ministrat.

\pard\sl312\slmult0 Nunc habeat duram pistrinum, vilice, messem:

\pard\sl312\slmult0 frange molis, pistor; pro saxis redde farinam.

Quam subigat mater, seu vult properare placentas

\pard\sl312\slmult0 - has roris foliis inspergit multa marini



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 et iubet, umentes oleo, flavescere furno -;

seu tenues lamnis claudit candentibus offas

quae fragilem referant crepitum sub dente papyri;

seu puls in quadra de pleno fumat aheno.

\pard\sl312\slmult0 At pluviae rubras magno cum murmure plectunt

\pard\sl312\slmult0 castaneas; aquilo fugat imbres, frigora ducit.

Venit hiems: frondes in silvis verre caducas,

turba minor, plenis convecta corbibus intus:

Non alio posthac gaudebit bucula lecto.

\pard\sl312\slmult0 Festinate, prius, pueri, quam candida caelum

\pard\sl312\slmult0 auferat et terram, nix omnes una colores;

et cani rigeant in cano pulvere montes.

\pard\sl312\slmult0 Tum pia rugoso truncum iam cortice mater

\pard\sl312\slmult0 imponitque foco sarmentisque exstruit apte

\pard\sl312\slmult0 et farcit foliis arentibus: omnia gluma

\pard\sl312\slmult0 abtegit exigua crepitantemque excitat ignem.

Dein nigro tremulam patinam suspendit ab unco



\pard\sl312\slmult0

observatque diu, dulcem dum cauta farinam

laeva manus sensire friat, haeret lingula dextrae.

\pard\sl312\slmult0 Expectant simul ore pater puerique faventes.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 O miseros nimium, gelidis si montibus absint

\pard\sl312\slmult0 castaneae! veniunt illis namque arbore ab una

omnia, gluma dapes frondes ramalia caudex,

arbor et una famem miseris et frigora pellit.

\pard\sl312\slmult0 Nocte licet ningat tacita: iam dissilit ignis;



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nocte licet ventus stridat: iam muttit ahenum.

Ac positos grandi pueros pater admonet ore:

«Cum nix multa cadit, veniet nux multa, camilli».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 **POEMATIA ET EPIGRAMMATA**

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0I. - APELLES POST TABULAM LATENS

\pard\sl312\slmult 0

\pard\sl312\slmult0 *Ad I. C. G. Bootium*

\pard\sl312\slmult 0

\pard\sl312\slmult0 Quid est quod aegre sit tibi? tremis, palles;

qui sis, ubi sis, ipse sisne necne, haud scis.

Subinde limis clanculum viam spectas,

mox intremiscis ambulantium gressus.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Qui strepitus ille? numquis est? quis est? nemo est.

\pard\sl312\slmult0 Miser miser, macescis, occidis totus.

Attat quis isti te malae cruci adfixit?

quis compeditum te latere sic iussit?

Áὐôῆé (fateri convenit) ϰáϰòí ϰß÷ëç...

\pard\sl312\slmult0 Numquid volebat haec tabella fidenter

\pard\sl312\slmult0 in pergual vix inchoata proponi?

quae nunc abhorret transeuntium visus,

ut pessulum si foribus obdere oblita

lavans latet deprenditurque Pancaste:



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 pudet puellam meque non, puto, taedet.

\pard\sl312\slmult0 Sed nunc tuo maerore maereo pictor,

tabella temere picta nec sat argute

nec eleganter. En tuam venustatem

et suavitatem quaque gloriabaris

\pard\sl312\slmult0 maiorem ad artes indolem caloremque!

\pard\sl312\slmult0 O curiosae diligentiae felix

Protogenes! o manusque penicillique

cunctationem et unguibus caput scalptum

unamque in hora lineam, ut satis, ductam!



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 En artium spectator elegans dictus

\pard\sl312\slmult0 et praedicatus omnibus mihique ipse,

qui nunc fefelli incultus, horridus, fuscus!

Quis me perosus impulit Deus caecum

ut hoc tabellam vah! refigerem mane

\pard\sl312\slmult0 quae penicillum machinamque clamaret?

\pard\sl312\slmult0 At penicillis ilicet vel ad corvos

coloribusque floridis et austeris,

et anulare pereat atque rubrica

et purpurissum quique arundinum spumae

\pard\sl312\slmult0 iam limus haesit, mox tritus refert caelum,

\pard\sl312\slmult0 ni iam resumo tabulam opusque castigo,

nimia hic coercens, hic opaca conlustrans,

lino, repurgo, dirigo, explico, cogo.

Hoc fiet uno, crede, temporis puncto,

\pard\sl312\slmult0 dum liceat... Eia non licet, malum: accedunt.

\pard\sl312\slmult0 Em tibi homines: fuisse quam esse nunc malim.

Si caecus aliquis ille sit mihi cantor,

si sutor ille calcei cavillator!

Atqui ipse Perseus est hic et Theomnestus.

\pard\sl312\slmult
0 II. - CREPEREIA
TRYPHAENA

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 In nigros circum taciturna lucos

\pard\sl312\slmult0 fugerat cornix, repetebat urbis

turba corvorum memorum quadratae

\pard\sl312\slmult0 saxa Palati,

\pard\sl312\slmult0

cum solum Tuscum decimo die te

\pard\sl312\slmult0 redditit maio, Crepereia, soli


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 pronubam post innumera induentem

\pard\sl312\slmult0 saecula gemmam.

\pard\sl312\slmult0

Vitrea virgo sub aqua latebas,

at comans summis adiantus undis

\pard\sl312\slmult0 nabat. An nocti dederas opacae

\pard\sl312\slmult0 spargere crinis?

\pard\sl312\slmult0 Sed quid antiquis oculi videnti

nunc mihi effeti lacrimis madescunt?



\pard\sl312\slmult0

quas premo curas alioque eundem

\pard\sl312\slmult0 corde dolorem?

\pard\sl312\slmult0

Murteum vidi memor ipse sertum

quosque fulsisti religata crinis,

et manus iunctas tenuisque dextris

\pard\sl312\slmult0 farris aristas.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nota, post longos amethystos annos

\pard\sl312\slmult0 quae refert alas oculis ruentis

gryphis et cervam, Venerique pupa

\pard\sl312\slmult0 nota negata est.

\pard\sl312\slmult0

Crastina, sacris Lemurum tenebris,

\pard\sl312\slmult0 nocte, cum pictae volucres tacebunt

\pard\sl312\slmult0 et canes, nudo pede per soporam

\pard\sl312\slmult0 deferar umbram,

\pard\sl312\slmult0

et fabas sumam iaciamque nigras

pone per noctem noviesque dicam

\pard\sl312\slmult0 «His fabis, manes, redimo, Tryphaenae,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 meque meosque».

\pard\sl312\slmult0

Dumque tu aversum sequeris manuque

tangis exsangui levis umbra dona,

tinnulo parcam moriturus aeri

\pard\sl312\slmult0 respiciamque.

\pard\sl312\slmult0

En ades. Sic lectus eburnus olim

pallidam, me flente, nefas, habebat.

Sic eras, collo nitidum reflexo

\pard\sl312\slmult0 fusa capilium.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Flamen oblitas grave tibiarum
\pard\sl312\slmult0 nunc procul flenti mihi pellit auris
neniaeque urguent resonoque maesta
\pard\sl312\slmult0 praefica lesso.

\pard\sl312\slmult0

Ducitur funus per aprica ripae,
\pard\sl312\slmult0 murmur etrusco Tiberi ciente
\pard\sl312\slmult0 triste, per sepes ubi gignit albos
\pard\sl312\slmult0 spina corymbos.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

Floridam non te ruber igne Vesper

matris abduxit gremio morantem

\pard\sl312\slmult0 nec faces «Hymen» pueri levantes

\pard\sl312\slmult0 concinuerunt.

\pard\sl312\slmult0

Cymbiis fusis ego rite lactis

condidi mutis animam sepulcris

edidique amens «Have have» supremum

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

Vesper adflavit pariis columnis

luteum molis iubar Hadrianae,

Pincium tranant fugiente corvi

\pard\sl312\slmult0 agmine collem,

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 cum rapi sensim videor silentisque

\pard\sl312\slmult0 inmemor cordis per inane ferri,

iam tuae frustra revocante matris

\pard\sl312\slmult0 voce Philetum.

\pard\sl312\slmult
0 III. - GALLUS
MORIENS

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Hic hic ubi ictus volnere candidum

\pard\sl312\slmult0 pectus sarissae figit humo manum

\pard\sl312\slmult0 et colla torquatus reflexit

languida poplitibus solutis,

\pard\sl312\slmult0

notis obibit fluminibus procul

viscique sacri robore fertili.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

te inmemorem, sate Nocte, ducet.

\pard\sl312\slmult0

Hic hic obibis. Nunquam utinam tui

vox illa et Euris nuncius ocior

\pard\sl312\slmult0 venantis in silvis opacis

attonitas pepulisset auris!

\pard\sl312\slmult0

Sublimis auras saeva secans volat

atque in Gebennas se adlevat arduas,

\pard\sl312\slmult0 defertur ad vallis et innat

flumina praetereunte penna,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 pervadit atro dira silentio

\pard\sl312\slmult0 lucos rigentis vox volucris, nigras

\pard\sl312\slmult0 repente debacchata pinus

exagitat tacitasque quercus.

\pard\sl312\slmult0

Haec clamat ingens ornus et audiens

\pard\sl312\slmult0 procera fagus iussa repercutit,

\pard\sl312\slmult0 haec ilices mandata tradunt

letiferis resonare taxis,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

haec, bobus agrum dum colit, excipit

manumque buri rusticus erigit,

\pard\sl312\slmult0

graminibus pecudes quietas,

\pard\sl312\slmult0

haec inter umbras iam druidae stupent

circum tuentes aurea sidera,

\pard\sl312\slmult0 et pensa
nocturnum trahentes

ante focum trepidae puellae.

\pard\sl312\slmult0

Sic Haedui Auscique et Senones ruunt

quique arma nigris pendula quercubus

\pard\sl312\slmult0 quique ultimi admirantur undam et

saxa laris resonantia albis.

\pard\sl312\slmult0
Utcumque saxis debilitant mare

\pard\sl312\slmult0 illic procellae, litore plurimus

\pard\sl312\slmult0 densetur ambactus minacique

Oceano minitantur hastis,

\pard\sl312\slmult0

urguente et aestus inruit impetu


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 caterva, harenae iam cumulos levis

\pard\sl312\slmult0 extollit atque undas tolutim

quadrupedante quatit tumultu.

\pard\sl312\slmult0

Conantur et perrumpere pectore

equi et viri undas caedere mataris;

\pard\sl312\slmult0

reppulit Oceanus fragore.

\pard\sl312\slmult0

Mox pervicaces carmina concinunt

instructi et acri gaesa vibrant manu...



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 hic te atrior stratum silenti

Oceanus novos ambit aestu,

\pard\sl312\slmult0

dum forte nautae flumine leniter

labentis absens cantica percipis

\pard\sl312\slmult0 aut aure garritum natantis

aerium moriens alaudae.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 IV. - IANI NEMORINI SILVULA

\pard\sl312\slmult0 AD

HERMENEGILDUM PISTELLIUM

1

\pard\sl312\slmult0 *ad H. P.*

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 165 Cum me terra gravi pondere presserit

\pard\sl312\slmult0 oblitum penitus luminis et mei,

seu frontem glacies vulneret inscio,

seu rupto eliciat sol violas sinu;



\pard\sl312\slmult0

me quaerent oculis forte fidelibus

\pard\sl312\slmult0 errantem pueri per tacitas nives,

\pard\sl312\slmult0 me cernent vitreo vespere devium

iuxta prata croci florida virgines.

Tum quicumque aderit, candidus aut puer,

aut virgo roseo vertice fulgida,

\pard\sl312\slmult0 circum per nebulam forsitan audiat

\pard\sl312\slmult0 quae dixi gracili carmina tibia.



\pard\sl312\slmult0

Non omnis moriar, si quid olet novum,

si quid silva sonat non aliis prius

auditum, tepidas si memor areas

\pard\sl312\slmult0 nostri garrulitas inplet hirundinum.

\pard\sl312\slmult0 2

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *ad D. Mosca*

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Si verbo residem reddere ventuli

quo frons arida decerpitur inpetum,

si pascentis apis murmur et aurea

\pard\sl312\slmult0 dulcem ad sidera neniam,

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 185 si possum in viridi colle volubilis

\pard\sl312\slmult0 alas, quis molitur parva inopis seges,

aut longa in nebulis agmina pingere

\pard\sl312\slmult0 et clangentis iter gruis;

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

cur lucos strepitu terribili tubae

\pard\sl312\slmult0 cur pulsem gregibus candida pascua

\pard\sl312\slmult0 vates? insequitur per tremulas pavor

\pard\sl312\slmult0 auras et volucrum fuga.

\pard\sl312\slmult0

Quid te raucisonis cornubus attinet

auris atque hominum corda lacessere?

\pard\sl312\slmult0 quid diri accipitris tu similis malam

\pard\sl312\slmult0 laetis perniciem canes?



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 3

\pard\sl312\slmult
0

\pard\
sl312\slmul
t0 *ad A.
Romizi*

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Me non discolor institis

aut mannis rapidis trita iuvat via:

me saltus iuvat avius

\pard\sl312\slmult0 200 multoque impluvium passere concinens.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0860

\pard\sl312\slmult0

Non plebs per cuneos frequens

non festiva movet turba faventium:

sed vox libera candidi

fratris, sed tacita pressa manus manu.

\pard\sl312\slmult0 Quin praebere silentibus,

\pard\sl312\slmult0 quos umbra cohibet terra cupressina,

aurem mi satis est, pia

si dicat genetrix «Macte, puer, puer».

\pard\sl312\slmult
0 4


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0

\pard\
sl312\slmul
t0 *ad F.*
*Martini*

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 En unquam adspiciam quercubus obsitum et

\pard\sl312\slmult0 210 mollem populea fronde Lucretilem et

\pard\sl312\slmult0 quae manantibus ima

lymphis obstrepit Usticam?

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

Nunquam: sed volucri mente sequor tamen

vatemque in latebris dulcibus adloquor;

\pard\sl312\slmult0

fani iam sedeo tacens:

\pard\sl312\slmult0

iamque, et multa senex comiter auribus

instillare meis, dum viridi movent

\pard\sl312\slmult0 spinum in saepe lacerti, et

illud «Magna memor fuge».

\pard\sl312\slmult 0 5

\pard\sl312\slmult
0

\pard\
sl312\slmul
t0 *ad H.
Vitelli*

\pard\sl312\slmult
0

\pard\sl312\slmult0 Cum pulsae latiae dulce fides pollice murmurant,

oblita videor tum veterem mente resurnere

vitam, lapsa gravi tum recolo saecla silentio,

tum iam visa novis obstipeo luminibus videns.

\pard\sl312\slmult0 225 Nam sacra tacitas mane via pergere virgines,


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 in Cois vitream prospicio fulgere Lesbiam;

nunc multis inhio templa togis candida, nunc forum

mi stridet lituis, mi galeis undique fluctuat.

Procedunt nivei rite boves cornibus aureis,

\pard\sl312\slmult0 albis currus equis atque rotis plaustra sonantibus...

\pard\sl312\slmult0 Sed quas inmemori corde premo sollicitudines?

iam fusis oculi cur iterum nunc lacrimis madent?

quis indigna sacris laesa dolent bracchia vinculis?



\pard\sl312\slmult0

quos lucos tacitos, quae croceis robora floribus,

\pard\sl312\slmult0 quos segnes Arares ambigui fluminis adpeto

\pard\sl312\slmult0 frustra, quam rutilam caeruleae virginis heu comam?

\pard\sl312\slmult0 V. - MONS TITAN

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Te campus albis discolor oppidis

velisque late candidus Hadria

\pard\sl312\slmult0 Titana mirantur sereno



\pard\sl312\slmult0

tergeminum vigilare caelo.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Te quisquis acres linquere Lingones

vult atque harenas inmemores maris,

\pard\sl312\slmult0 sive ille pilis obstrepentes

Romuleis pede transit amnes

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 (hostis deorum vectus equo viam

\pard\sl312\slmult0 plebeius urguet consul, et ungulis

\pard\sl312\slmult0 de nocte concussum citatis


\pard\sl312\slmult0

Flaminium resonat statumen);

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 seu conpedito quae volat inpetu

\pard\sl312\slmult0 ferrata rauco flamine percita

\pard\sl312\slmult0 certique moles inplet auras

tramitis inpatiens boatu,

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 circum stupentem per celeres rapit

agros, per ulmos usque volubiles,

\pard\sl312\slmult0

ad tumidos equitare montes;



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 laeto salutat murmure te, triceps

Titan, beatam et culmine Romuli

\pard\sl312\slmult0 urbem triumphatique Romam

temporis inperiosiorem.

\pard\sl312\slmult0 VI. - COLONI AFRICI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Audite, gentes. Si procul absumus

totoque terrae dividimur globo,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 cui vix adhaerentes labamus

oppositis aliunde plantis:

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 cum Vesper istic sidera congreget

\pard\sl312\slmult0 dum sol renascens hinc fugat, atque idem

\pard\sl312\slmult0 vos tempus in somnis quietos,

nos habeat vigiles in armis,

\pard\sl312\slmult0

ut fecit altum sacra silentium

\pard\sl312\slmult0 nox et locuntur sidera nutibus,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 interiacentem vel per orbem

perpetuas equitare turmas

\pard\sl312\slmult0

audite, gentes. Nos populus focis

confessus hostem depulit hospites,

\pard\sl312\slmult0

in salebris stupuisset aurum.

\pard\sl312\slmult0

Tum quidquid ipsi proscidimus soli

primumque visas hic segetes, domos

\pard\sl312\slmult0 non ante constructas, stupente



\pard\sl312\slmult0

barbaria, populantur igni.

\pard\sl312\slmult0

Quid nos? Pruinis semper et aestibus,

ad nostra passim nuda novalia

\pard\sl312\slmult0 visenda, direptas ad urbes,

ad vetitas equitamus aras.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Non solitudo, non fluvii tenent

\pard\sl312\slmult0 montesque, non nos et crucibus minax

\pard\sl312\slmult0 telisque tormentisque multus

hic marium solidique manceps.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

Audite, gentes: acrius hinniunt

\pard\sl312\slmult0
terramque crebri suffodiunt equi

\pard\sl312\slmult0 pugnamque odorati supremam

forte cient socios ad arma.

\pard\sl312\slmult0

Heu! propter uxor strenua frondibus

in fortuitis non cubuit, Vale

\pard\sl312\slmult0

spem generis fovet intus alvo.

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

Traxere longe progeniem novam

matresque fidas, haud veriti, velut

\pard\sl312\slmult0 armenta cum pullis in herbis,

immerito cohibere vallo.

\pard\sl312\slmult0

Odere lectos qui subolem ferant

vitaliorem, scilicet, integros

\pard\sl312\slmult0 odere natos qui sub auras

vimque gerant animosque patrum.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nox alma vos et lassa quies habet,

\pard\sl312\slmult0 dum tota vestris sub pedibus ruit

\pard\sl312\slmult0 haec gens in hostes et salutat

iussa mori peritura solem.

\pard\sl312\slmult0

Quid vos? Iacetis: nam nihil attinet

\pard\sl312\slmult0 fortes creari, vivere fortium

\pard\sl312\slmult0 hoc quantulumcumque est, et esse

qui valeant satis in leonem.

\pard\sl312\slmult0

Id, dormientes, id dare vos, nefas:

unos virorum qui gelide viros



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

iam numero puerosque tabe.

\pard\sl312\slmult
0 VII. - AD VICTOREM
REGEM

\pard\sl312\slmult
0 ANNO ITALIAE
LIBERATAE L

\pard\sl312\slmult0 Hic tu manebis, conditor, optime.

Terramque frustra magnus equus fodit,

\pard\sl312\slmult0 tamquam peracturus diremptam

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

Consistat. Absunt iam litui procul.

Vanescit omnis clamor. Obit furor

\pard\sl312\slmult0 ceu sidus infestum. Renidet

Pax roseo veneranda caelo.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Haec ara Pacis, fortis eques, tuae.

\pard\sl312\slmult0 Te rura caelum nutriat augure

\pard\sl312\slmult0 frugesque sol felix ab arvis

eliciat latiusque raster.

\pard\sl312\slmult0

Ac temptet altis oppida sibilis

\pard\sl312\slmult0
foedetque fumis ignipotens labor

\pard\sl312\slmult0 dum dulcis umbra
lar et unum

quemque suus iuvet hortus aura.

\pard\sl312\slmult0

Maestos sequatur carior exsules

antiqua mater nec sinat immemor

\pard\sl312\slmult0 errare
per diversa terrae

\pard\sl312\slmult0 solivagos
inopesque iuris.

\pard\sl312\slmult0

Nostri revisant litora navitae,

quodcumque nobis paruit aut patet



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 per nos, et acres classe certent

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

Magnis iuventus maior avis suo

fungatur ultro munere nec bonas

\pard\sl312\slmult0 detrectet artes nec pudorem et

casta modum veteresque mores.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Aedes nitenti congreget atrio

\pard\sl312\slmult0 parvos Quirites et docili beet

\pard\sl312\slmult0 virtute. Quos auscultet altrix

Italia Italiam canentes.

\pard\sl312\slmult0

Hic tu manebis, pacifer, aereus.

\pard\sl312\slmult0
Frustraque terram magnus equus cavet.

\pard\sl312\slmult0 Quod si Latini, Victor, olim

\pard\sl312\slmult0 «Mars vigila!» clupeos moventes

\pard\sl312\slmult0

dicemus, armis cum fragor ingruat

circum recussis, clangor ad ultimum



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 355 certamen erumpentis ensis

\pard\sl312\slmult0 quo placidae tremat ara Pacis,

\pard\sl312\slmult0

clangore longo tunc iterabitur

clivoque sacro Ianiculum procul

\pard\sl312\slmult0 atque ensis ensi duxque regi,

\pard\sl312\slmult0 360

\pard\sl312\slmult0

et fluctuantem subter equis suam

prorsus videbunt Italiam mari

\pard\sl312\slmult0 terraque supremae perennesque



\pard\sl312\slmult0

excubiae geminusque vindex.

\pard\sl312\slmult0 VIII. - MARGARETHAE SABAUDAE ITALORUM REGINAE

\pard\sl312\slmult0 (EX ALFRIDI BACCELLII CARMINE TRANSLATUM)

\pard\sl312\slmult 0

\pard\sl312\slmult0 365 Sibilat venti grave vis nivemque

\pard\sl312\slmult0 montis in celsos rotat usque muros,

qua silent late loca solitudoque

\pard\sl312\slmult0 ardua candet.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

Stat iugum summum glacieque vinctum

\pard\sl312\slmult0 fumido pendet pelago globosque

\pard\sl312\slmult0 nubium pinna superante, caelo

\pard\sl312\slmult0 mergitur alto.

\pard\sl312\slmult0

Insulae solo nova forma caelo

pendet: hanc ambit taciturnus aestus

\pard\sl312\slmult0 nubium, nix et proprii refulget

\pard\sl312\slmult0 lumine caeli.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

Crassa quae campos premit atque taetris

cuncta caligo nebulis recondit,

usque ubi vasti pelagi remotus

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

eximat nobis utinam supinae

turbidas curas et amara vitae,

quaeque volvuntur per opaca, recte

\pard\sl312\slmult0 non cupienda!

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nos poli convexa beent sereni,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 quae fluunt ventis, velut aequor undis,

singula et purus referentis astra

culminis albor!

Namque cor nobis nitet hic et aer,

\pard\sl312\slmult0 hic patet nobis animusque caelumque,

\pard\sl312\slmult0 hinc petit mens iam per inane fines

\pard\sl312\slmult0 fine carentes;

\pard\sl312\slmult0

hinc et ex ampla nivium corona,

qua patescentes sinuantur alpes,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 spiritus, praesente deo, videtur

\pard\sl312\slmult0 flare per orbem.

\pard\sl312\slmult0

Euge! iam sese rota solis effert

aurei: lento gradiens triumpho,

dive Sol, caelos humilesque terras

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

Tum super pigras nebulas globosque

nubium molesque gelu rigentes

aestuant undae roseae micantque



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 culmina circum.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Auream sic te, perhibent, pater Sol
\pard\sl312\slmult0 in iugo stantem radiavit auspex,
regium libras dum animum fugaces
\pard\sl312\slmult0 mentis in alas.

\pard\sl312\slmult0

Tum gravi pictum pietate vultum,
\pard\sl312\slmult0 lenius quo nil leviusque risit,
\pard\sl312\slmult0 attigit sol exoriens, suoque



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 numine complet.

\pard\sl312\slmult0

Tum tibi temptat pia corda regnum

pace compostum stabilisque rerum

\pard\sl312\slmult0 sanctitas virtusque, fidelis et con-

\pard\sl312\slmult0 cordia fratrum.

\pard\sl312\slmult0

Tum fidem, Regina, fere sub albam

per genas offundit amor ruborem,

tum reclinatis oculis inest lux

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

dum tibi Sol et bona pollicetur

augur et dulci decus omne proli,

rite dum subiecta iugo coruscant

\pard\sl312\slmult0 culmina flammis.

\pard\sl312\slmult0 A MARGHERITA DI SAVOIA REGINA D'ITALIA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Il vento romba in maestosa voce, 365



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 e con ruote di neve si dibatte

contro l'alte pareti, ove son gli erti,

\pard\sl312\slmult0 bianchi deserti.

\pard\sl312\slmult0

Irrigidita nel ghiacciato manto,

\pard\sl312\slmult0 l'eccelsa vetta da un oceano immenso

\pard\sl312\slmult0 di globee nubi solitaria s'erge

\pard\sl312\slmult0 e in ciel s'immerge.

\pard\sl312\slmult0

Sola nel cielo sta l'isola nuova,



\pard\sl312\slmult0

cui lambon muti i nubilosi flutti:

\pard\sl312\slmult0 e col ciel parla, e dal suo ciel riceve

\pard\sl312\slmult0 raggi la neve.

\pard\sl312\slmult0

O crasse nebbie, che di scialbe strisce

il pian coprite insino al terso giro

dell'orizzonte, dove l'ampia appare

\pard\sl312\slmult0 curva del mare,

\pard\sl312\slmult0

a noi velate quella bassa vita

d'acri pensieri e torbe passïoni,

ove serpeggia nella nube fosca

\pard\sl312\slmult0 la voglia losca.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 O azzurro arco del ciel, mare di venti,

\pard\sl312\slmult0 o nevi immacolate, eccelse vette

che le stelle specchiate, alti splendori,

\pard\sl312\slmult0 parlate ai cuori!

\pard\sl312\slmult0

Limpido l'aere ed è l'anima pura;

\pard\sl312\slmult0 solenne è l'orizzonte e largo il cuore;



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 la mente ondeggia dal picco romito

\pard\sl312\slmult0 per l'infinito.

\pard\sl312\slmult0

E par dal diadema ampio di cime,

che s'incurva nevoso e si dilarga,

\pard\sl312\slmult0 per la terra alitar d'un Dio lo spiro,395

\pard\sl312\slmult0 di giro in giro.

\pard\sl312\slmult0

O gloria! Il sole dalla ruota d'oro

in un trionfo vivido s'innalza:

la fiammante raggiera in ciel distende;



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 la terra accende.

\pard\sl312\slmult0

Sopra le nebbie, sulle globee nubi,

sui vasti ghiacci è tutto un roseo mare;

un fuoco spunta sulle cime elette:

\pard\sl312\slmult0 brillan le vette.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 E così un giorno con divin saluto

\pard\sl312\slmult0 il padre Sol quassú t'illuminava,

bionda Signora; e il tuo pensier regale

\pard\sl312\slmult0 drizzava l'ale.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

Sulla soave maestà del volto,

\pard\sl312\slmult0 atteggiato di fede, ove il sorriso

\pard\sl312\slmult0 piú bel d'Italia si disegna, il lume

\pard\sl312\slmult0 arse del Nume.

\pard\sl312\slmult0

A Te gentile, a Te benigna e pia

apparve allor di prosperosa pace

\pard\sl312\slmult0 un santo regno, amando ogni fratello

\pard\sl312\slmult0 l'altro fratello;

\pard\sl312\slmult0

e la vermiglia carità si pinse

presso la bianca fede in sulla guancia:

fulgean dagli occhi meditosi e chini

\pard\sl312\slmult0 raggi divini.

\pard\sl312\slmult0

Parve il sol gloriarti, alta augurando

sorte alla Prole, e i sottostanti picchi

di ghiaccio in festa scintillar cosparsi,

\pard\sl312\slmult0 e a Te chinarsi.

\pard\sl312\slmult
0 IX. - XI KAL. MAIAS

\pard\sl312\slmult
0 (EX SUO IPSIUS
CARMINE
TRANSLATUM)

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 In quadrum coeunt sulci, consistit aratrum:

\pard\sl312\slmult0 fumantis niveus rictus attollit ad ulmum

taurus; lassa iugo sub eodem bucula mugit:

mugitu resonant nemorosi saxa Palati.

\pard\sl312\slmult0 Pastorum medius palpat sudantis arator

\pard\sl312\slmult0 terga bovis, puraque ferox innititur hasta,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 dum latium prospectat agrum vitreasque paludes

et procul inde Albae declivia moenia Longae.

\pard\sl312\slmult0   Proxima tam leni circum fluit Albula cantu,

\pard\sl312\slmult0 ut sonitum pici libros tundentis acernos

\pard\sl312\slmult0 adstanti referat sacri nemus Argileti.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0   Quernea collucet Tarpeio vertice silva,

\pard\sl312\slmult0 qua decedentis flammatur lumine solis,



\pard\sl312\slmult0

atque aquilae liquidum nigrescit forma per aurum.

\pard\sl312\slmult 0 IX. - IL 21 DI APRILE

\pard\sl312\slmult 0

\pard\sl312\slmult0 L'aratro è fermo: il toro, d'arar sazio,

\pard\sl312\slmult0 leva il fumido muso ad una branca

d'olmo; la vacca mugge a lungo, stanca,

e n' echeggia il frondifero Palazio.

\pard\sl312\slmult0 Una mano sull'asta, una sull'anca



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 del toro, l'arator guarda lo spazio:

\pard\sl312\slmult0 sotto lui, verde acquitrinoso il Lazio;

là, sul monte, una lunga breccia bianca.

\pard\sl312\slmult0 È Alba. Passa l'Albula tranquilla,

\pard\sl312\slmult0 sí che ognun ode un picchio che percuote

\pard\sl312\slmult0 nell'Argileto l'acero sonoro.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sopra il Tarpeio un bosco al sole brilla



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 come un incendio. Scende a larghe ruote

l'aquila nera in un polverio d'oro.

\pard\sl312\slmult0 GIOVANNI PASCOLI

\pard\sl312\slmult0 X. - AD EXTERNOS EPHEMERIDUM SCRIPTORES

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Haec Roma vobis, haec domus, hospites,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 antiqua cunctis, hic patrius focus:

\pard\sl312\slmult0 salvete, cives: undecumque est,

quis peregrinus in urbe Roma?

\pard\sl312\slmult0

Commune cultis gentibus atrium

Vestae videntes sistitis: hac ferunt

\pard\sl312\slmult0 ex aede nocturnas per umbras

perpetuam micuisse flammam.

\pard\sl312\slmult0

Si nullus aedem nunc tholus obtegit,

si saxa grando putria verberat



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 flammamque consumpsit vetustas

et cinerem rapuere nimbi;

\pard\sl312\slmult0

ignem fovetis vos memores sacrum,

nos et fovemus cordibus: adsumus

\pard\sl312\slmult0 flammae sacerdotes redemptae

nos, «Vigilas? Vigila!» monentes.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Humana prorsus mens, vigila! veta,

\pard\sl312\slmult0 mens, quidquid aetas protulerit boni


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 verique, restingui, facemque

de face posteritas perennis

\pard\sl312\slmult0

accendat, et pax rideat et fides

\pard\sl312\slmult0 nostro quietis omine gentibus

\pard\sl312\slmult0 utque una tellus, una Vesta est,

\pard\sl312\slmult0 una sit unanimis voluntas.

\pard\sl312\slmult0 XI. - AD SODALES MELITENSES

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Priscamne fragrans fert Melite rosam?

Donate nobis. Nunc Melitensibus

\pard\sl312\slmult0 demum coronandus rosetis

\pard\sl312\slmult0 Hesperiae Genius renatae.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ver esse coepit: iam Genius, diu

Romae ruinis obrutus, exsilit

ut germen e glebis et ardens

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ut rursus auram carpsit et adstitit

Tellure coram matre Proserpina

pinisque succensis ab Aetna

rubra genas patuitque maior.

\pard\sl312\slmult0

Vestram, sodales, ferte rosam! date

\pard\sl312\slmult0 vestro colamus flore Proserpinam,

quam nos resurgentem quotannis

ITALIAM ITALIAM vocamus!

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hanc hanc recentem de veteri rosam


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 480 radice demum nectere nunc iuvat!

\pard\sl312\slmult0 Hanc hanc reponamus parentis

Italiae capiti coronam!

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XI. - AI COMPAGNI
DI MALTA

\pard\sl312\slmult0

Produce tuttora l'odorata Mèlite quelle rose di un tempo? Datele a noi. Or sí, finalmente, s'ha da coronare col fiore de' rosai melitensi il genio dell'Esperia risorta!

È già primavera: già quel Genio, per sí lungo tempo sepolto sotto le rovine di Roma,


\pard\sl312\slmult0

balza su, come suole il germe dal seno delle zolle e il fuoco ardente dal fondo dell'Etna nevosa,

come di nuovo sentí l'aria del cielo e stette avanti la Terra Madre, Proserpina, e sotto il fiammeggiare dei pini, accesi al fuoco dell'Etna, apparve rosseggiante in viso, e sembrò piú grande di prima.

Portate, o compagni, le vostre rose! date che coi fiori del vostro paese noi onoriamo questa nuova Proserpina che, risorgendo ella ogni anno, noi chiamiamo ITALIA! ITALIA!

Queste rose, nuove e fresche da antico ceppo, or sí, finalmente, conviene intrecciare! Sul capo della genitrice Italia riponiamo questa corona!



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *Trad*. Giovanni Pascoli

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XII. - CORDA FRATRES

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Utcumque dulcis limina patriae
solo exsulantes corpore liquimus,
\pard\sl312\slmult0 miramur ignotis in oris


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nota diu bene corda, fratres.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Qui cum sciamus bella parentibus
pugnata, «Signum dicite» dicimus
utrique: «Pax» et «Lux» utrimque

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tellure, sacris, aequore, legibus
divisa pubes absumus, adsumus,
non ora nec linguam genusve
consimiles, nisi corda fratres.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XII. - CORDA
FRATRES

\pard\sl312\slmult0

Quando lasciamo le soglie della dolce patria, partendo col corpo e restando con l'anima, ecco in paesi sconosciuti ci meravigliamo di trovare dei cuori conosciuti ben da gran tempo, o fratelli!

Noi che sappiamo qualcosa delle guerre che combatterono i nostri padri, gli uni agli altri diciamo «La parola d'ordine», e dall'una e dall'altra parte i cuori rispondono «Pace» e «Luce» e «Gioia con voi, o fratelli!»


\pard\sl312\slmult0

Noi, gioventú divisa da terra e mare, da religione e da leggi, siamo lontani e vicini, assenti e presenti, non simili tra noi di faccia, di lingua e di schiatta, ma di cuore... fratelli!

\pard\sl312\slmult0 *Trad*. GIOVANNI PASCOLI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XIII. SERMO

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 495 Maeret homo de nocte sedens. Casa mane ruinam

\pard\sl312\slmult0 parva dedit, paulo ante domus, vetus inde sepulcrum,



\pard\sl312\slmult0

quippe ubi defossi iaceant mater, pater, uxor.

Quale sonat, perfracta rotis ubi glarea plaustri

exanimem subito per somnum exterruit aegrum,

\pard\sl312\slmult0 tali cum strepitu tremor impulit oppida deinceps.

\pard\sl312\slmult0 Momento fuit orbus homo: nunc suspicit astra.

At sapiens oblatus adest per caerula noctis.

«Heus viden,» inquit «homo, quantam modo feceris una

tu cladem caliga?» Caligae, velut immemor, ille

\pard\sl312\slmult0 formicas visit truncis haerescere membris,

\pard\sl312\slmult0 nam pede diruerat formicis forte domos et

colliculos aequarat arenosos. «Age porro

rursus» ait «licet ad caelum convertere visus».

Tum stellas volitare videt, videt undique caelum

\pard\sl312\slmult0 scintillare, velut cum grandi in funere lictor

\pard\sl312\slmult0 invertit taedam, fungos ut deterat atros.

Hic sapiens: «Necopinata nece tota vicissim

sub pedibus tibi gens, supra caput interit astrum.

Hem quid ais? Nec agi censes male nec bene tecum


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 siquod dissiliens astrum sublime fatiscat,

\pard\sl312\slmult0 siqua teratur humi pedibus formica, nec autem

vivat homo refert cuiusquam necne, quod unum

quodque suus dolor est genus, atraeque omnia mortis,

mortis erunt quandoque supervolitantis in umbra».

\pard\sl312\slmult0 Sic est: perfugium fraterno in corde doloris

\pard\sl312\slmult0 unum est: ipse tibi cur intercludis? et illi

adfers, qui valeat tibi mox lenire, dolorem?

Quidve ita nomen adhuc humanum dissidet armis?



\pard\sl312\slmult0

Non aliter pueros media inter proelia mater

\pard\sl312\slmult0 opprimit et pugnos et strictos occupat ungues:

\pard\sl312\slmult0 unus ubi geminos cubitum discedere iussos

lectulus excepit flentesque iraque tumentes,

iam vacuae circum tenebrae terroribus implent:

iam non singultant, lacrimis moderantur et irae,

\pard\sl312\slmult0 mox sensim placidis pugnacia bracchia circum

\pard\sl312\slmult0 dant collis et corda premunt oblita furoris.

\pard\sl312\slmult
0 XIII. SERMONE



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

L'uomo siede da tutta la notte, e piange: il piccolo abituro la mattina era crollato: poco prima era una casa, da gran tempo è un sepolcro, ché vi giacciono sotterrati la madre, il padre, la moglie. Qual suono fa la ghiaia triturata dalle ruote d'un carro (suono che a un tratto atterrisce e leva il respiro al malato che dormiva), con tale mugghio un tremore sospinse l'una dopo l'altra le città. In un attimo l'Uomo si trovò senza nessuno de' suoi cari; ora alza gli occhi alle stelle.

\pard\sl312\slmult0 Ecco, gli è avanti il sapiente: egli lo vede al chiarore ceruleo della notte. Dice: «Vedi, o Uomo, che strage hai fatta or ora con uno de' tuoi calzari?» Come trasognato, quello guarda e vede che alle scarpe sono attaccate formiche con le membra smozzicate: ché col piede aveva abbattuta una casa alle formiche e aveva spianato i loro collicelli di sabbia. «Or via,» esclama il sapiente «or puoi di nuovo volgere gli occhi al cielo!» Allora egli vede stelle sfilare, vede d'ogni parte scintillare il cielo, come quando, in un solenne funerale, gli accompagnatori capovolgono le



\pard\sl312\slmult0

fiaccole per levarne la nera moccolaia. E il sapiente: «Di morte improvvisa, a lor volta, sotto i piedi ti muore un popolo, sopra la terra ti muore un astro. Che dici tu? tu dici che a te non fa nulla, se in alto un astro schizza e va in polvere, se in terra una formica è calpestata. Ebbene a nessuno importa se l'Uomo viva o non viva, ché ogni genere è morso da un suo proprio dolore, e tutti gli esseri, presto o tardi, si troveranno all'ombra delle ali della morte: della morte che vola sul nostro capo.

«Cosí è: vi è un solo rifugio per il nostro dolore: il cuore dei fratelli. E tu perché te lo impedisci da te? Perché rechi dolore a quello che di lí a poco potrebbe consolare il tuo? Perché la grande Nazione Umana è ancora in preda alla discordia e combatte tra sé? Non altrimenti la mamma sorprende i bimbi in mezzo a una rissa, e affrena i loro pugni, le loro unghie pronte all'offesa. Quando un letto solo ha accolto i due bimbi, mandati a nanna, i due bambini che ancora piangono gonfi d'ira, ecco le tenebre attorno, sebbene vuote li empiono di paura, ecco, non singhiozzano piú, frenano le lagrime e l'ira; di lí a poco si circondano pacificati il collo con le



\pard\sl312\slmult0

braccia pugnaci e accostano l'uno all'altro il cuore dimentichi della furia».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *Trad*. GIOVANNI PASCOLI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XIV. - AD HOSPITES

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hic ubi per sudum sorberi mane videtur

caerula caeruleis montibus unda maris,

\pard\sl312\slmult0 effluat ut fretus ex oculis et Bruttius ora



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Mamertinorum continuetur ager;

\pard\sl312\slmult0 hic ubi, si quando defervescente procella

obstruitur praeceps undique nube dies,

aerio nectens nebulosum ponte Peloron

Scyllaeumque ingens arcus utrimque bibit;

\pard\sl312\slmult0 Italiae vocem licet hic audire parentis,

\pard\sl312\slmult0 hic oculis ipsam forte videre licet.

Nam septemgemino seu vespertina sub arcu,

omnia sive inter caerula mane sedet,

«Restituit pietas» inquit «concordia servat

\pard\sl312\slmult0 natorum, iunctis viribus, Italiam.

\pard\sl312\slmult0 Fortia nempe egi; sum fortia passa: resurgo:

magnum est id quod eram, maius id est quod ero.»

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XV. - AD
FRIDERICUM
BALSIMELLI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Rusticus extremas stipulas succiderat Umber

montibus aeriis,

\pard\sl312\slmult0 cum puer, heu, longis aveo dum visere nidum

\pard\sl312\slmult0 laetus ab exiliis,

et patris amplexus animus matrisque recenset

oscula multa memor,

graminaque et ripas Rubiconis arundine laetas

\pard\sl312\slmult0 555 caeruleumque mare,

\pard\sl312\slmult0

te, patrii antistes fani, te veste decorum

anxius intueor

atra. «Cur tecum (numquid pater?) ibimus, hospes?

quid pater, eia?» Taces.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sic erat: orbatos lacrimans ad muta trahebas

\pard\sl312\slmult0 limina filiolos,

ut si forte sacris fumantia funera taedis

exsequerere pius.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XVI. - AD
GASPAREM FINALIUM

\pard\sl312\slmult
0 HOSPITEM
PATERNUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Non mi cruenta
dextera cuspide


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 armata sero conscia lumina

\pard\sl312\slmult0 expavit, aut paliente dirus

exagitor gladiator umbra.

Atqui cruenti somnia pulveris

indigna crebro tardus odor premit

\pard\sl312\slmult0 caecaeque, Finali, tenebrae

\pard\sl312\slmult0 sanguinea mihi luce fulgent:

nec excitatum leniter obstrepens

solatur ornus nec proprio boves

in colle candentes sonansve

\pard\sl312\slmult0
passeribus nemus omne circum.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XVII. - MATER

\pard\sl312\slmult0

\pard\
sl312\slmul
t0 *ad H.
Pistelli*

\pard\sl312\slmult0

Neque fani tacitam umbram pede tempto resonanti,

neque vastas inhio tura per alas vaga et auro


\pard\sl312\slmult0

rigidum flaminis ostrum.

Quis amaras mihi curas levet? ecquem adloquar aeger?

\pard\sl312\slmult0 periitne adlacrimanti angulus umbrae tremebunda

\pard\sl312\slmult0 mihi iam lampade nutans?

Ubi flores quibus arae redimitae redolebant?

ubi longum puerorum melos, ut cum radioso

nemus imbri strepit ingens?

\pard\sl312\slmult0 Ibi velo caput atram per opacum undique murmur



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 misere nostra viderem redimentem mala blanda

redivivam prece matrem.

\pard\sl312\slmult
0

XVIII. -
PRECATIO

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Magne Deus, si te moriens tacito ore vocavit

\pard\sl312\slmult0 cum circum fierent omnia muta pater,

\pard\sl312\slmult0 et si te extrema quaesivit mater in umbra

\pard\sl312\slmult0 parva prole oculos iam fugiente vagos,


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 hos animos placida tandem solare quiete:

\pard\sl312\slmult0   huc patrem et matrem nunc sine ferre pedem.

\pard\sl312\slmult0 Nil opus immitis violari iura sepulcri:

\pard\sl312\slmult0   umbrae concedant huc vel uterque leves.

\pard\sl312\slmult0 Aegra vel adloquiis tacitis haec corda leventur:

\pard\sl312\slmult0   audiat et matris verba patrisque soror.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XIX. - AD IANUM
CRESCENTIUM

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Dum facio trepidis haud grata pericula, Iane,

\pard\sl312\slmult0   discipulis, temptans mollia corda metu,

\pard\sl312\slmult0   saepius avertit se mens patriamque revisit

\pard\sl312\slmult0   atque amnis patrii flumina parva mei.

\pard\sl312\slmult0 Qui nemora et colles queis fecit Gratia nomen

\pard\sl312\slmult0   incolis, o nostri dux gregis, atque metis,

\pard\sl312\slmult0 nostri vive memor qui tristia ducimus, oti

\pard\sl312\slmult0   florentes studiis vel minime, exilia.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sic proprio quam educis agro te protegat umbra

\pard\sl312\slmult0 vitis, et hospitibus pocula laeta ferat.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XX. - IOHANNES PASCOLI MICHAELIANGELIO CONLEGAE

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quando ego chalcidicae visam viridaria Zancles?

quando ego te, interpres callide Stesichori?

\pard\sl312\slmult0 – Tunc, precor, excipiant una nos Himera; laudat

\pard\sl312\slmult0 namque ibi nocturno carmine Tyndarida,

inter odoratas, Erycinae munera, citros,

Elysium quoddam per nemus, umbra senis:

hic Helenen caeci noctu senis umbra recantat:

\pard\sl312\slmult0 Tyndaris ignovit, non tamen ipse sibi.

\pard\sl312\slmult0 Stellarum nitida dicit te nocte sororem,

ipsam nimborum navifragaeque potens

sidus aquae, nimis adspectu, Ledaea, nocentem

et pulcram, supra lumina nostra, nimis.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nam qui vidit, amat, moritur qui nuper amavit:

\pard\sl312\slmult0 mutatur dulci morte libenter amor.

Nos Ïὐϰ ἕóô’ἕôõìïò ëüãïò ïὖôïò forte canentem

auribus arrectis accipiemus eum,

quaeque tibi, vates, invidit longior aetas

\pard\sl312\slmult0 quaeque italis reddes ingeminata modis. –

\pard\sl312\slmult0 Quando ego te visam? non dulcia tempora nobis

hic, conlega, fluunt, praetrepidantque pedes

et mens optanti graiae viridaria Zancles

visere et amplecti te Cyanumque simul.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

Barga, a.d. V. Eid. Dec.

\pard\sl312\slmult
0 XXI. - AD ANTONIUM
RESTORIUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 630 Cur libeat nobis hoc te donare libello

\pard\sl312\slmult0 si quaeris, festo, rector amice, die:

\pard\sl312\slmult0 «Hic de quo liber est, pater est communis, at ille

\pard\sl312\slmult0 frater qui librum condidit ipse tibi.»

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0
Idibus Iuniis, anno MCMII
p. Chr.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXII. - AD PIMPIUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Dum rusticorum turba canentium

vincit maniplos, Vergilius Maro

conspectus effetis in arvis

ipse supercilio vocavit

atque in recisae me stipulae toro

iuxta sedentem sub patula piro

\pard\sl312\slmult0

compellat: «O nostri per annos
immemores memor usque, fili!

credamne? tellus nostra nepotibus
haec magna frugum, magna parens virum,
iam sordet, et romana vatis
oppida dedidicere carmen.

Heu! iam latine scire pudet! pudet
priscae minores artis et imperi!
Qui possit in ludis alumnus
Italiae recitare laudes?»


\pard\sl312\slmult0

Qui possit, est iam dicere: tu potes,

maiora matri pollicitus tuae

patrique. Coepisti: propinquas.

Macte fide studioque, Pimpi.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0
Castro Vetere, Id.
Quintilibus.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXIII. - HYPOTHECE
EURIPIDIS AD
ANTONOMASIAN

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sed est voluptas hominis in malis quoque,

\pard\sl312\slmult0 si quis queratur atque fundat lacrumas;

\pard\sl312\slmult0 namque haec dolore sublevant praecordia

curasque cordis et labores eluunt.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XXIV. - AD DULCEM AMICULUM ANTONOMASIAN

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nullus in sola mihi ludit aula

ora qui vultu referens paterna



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 proroget annos.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tu memor nostros animo repone,

dulcis optivo mihi corde fili,

spiritus: dices nova iato sepulti

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 XXV. - O DOMUS...

\pard\sl312\slmult 0 (EX ADOLPHI DE BOSIS CARMINE TRANSLATUM)



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0   Felix nidule, quem facit
diligens amor, o domus,
qua ridens sedeo ad meos
externatus amores,

ut fidum mihi murmurant
omni gaudia ab angulo;
cum vix per nebulam gemens
impellat dolor aures!

Iam curae procul et labor


\pard\sl312\slmult0

cesserunt: penitus nitet

totoque interea volat

caelum corde serenum.

Nam quidquid tulimus diu,

nunc vanescit in osculis

natorum, omnia limpidis

ignorantium ocellis.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXV. - CASA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Casa, o diletto nido


\pard\sl312\slmult0

che industre amor compose,

dove fra intatte rose

sogno e al mio ben sorrido,

\pard\sl312\slmult0 quale linguaggio fido

\pard\sl312\slmult0 han tue dolcezze ascose!

e de le avverse cose

come in te fioco è il grido!

Come lontano è il mondo!

\pard\sl312\slmult0 e ridemi un giocondo



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 cielo nel cuor profondo,

mentre i miei giorni amari

\pard\sl312\slmult0 godo obliar ne' chiari

\pard\sl312\slmult0 occhi de' bimbi ignari.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ADOLFO DE BOSIS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XXVI. - AD MARIAM SOROREM



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ergo iter inceptum perges, soror: at quid oportet

auxilium precibus sollicitare meum?

Linquere, quod nimium est, gnatam me credis euntem

lapsantique piam posse negare manum?

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XXVII. - AD MARIAM SOROREM

\pard\sl312\slmult0 DE GRAMMATICA GRAECA

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Vestibulum videas servare luposque leonesque,

ast intus Circes carmina longa sonant.

\pard\sl312\slmult
0 XXVIII. - ELEGION

\pard\sl312\slmult
0 (EX SCHILLERO
TRANSLATUM)

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Emicat hic laticis saliens sublime columna:

desuper hic rauco murmure lympha cadit.

\pard\sl312\slmult
0 XXIX. - AD I. L.

\pard\sl312\slmult
0 DE SYLLOGE
CARMINUM QUAE


\pard\sl312\slmult0

INSCRIBITUR “
MYRICAE ”

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 690 Hanc humilem noli nimium contemnere silvam;

namque aliqua hic gracili gutture vernat avis.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXX. - DE MYRICIS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 En, si cena brevis memorem delectat Horati,

sive brevem, at sapidam, sive malam, at rapidam.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXXI. -
ADVERSARIIS
INSCRIPTUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Cum multi secter vestigia carminis, error
ipse sat et campus, ni data praeda, iuvat.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXXII. - AD DIVINUM
PUERUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Sic pueros, o sancte puer, da casta docere
carmina, dilecta matre favente, mihi.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXXIII. - MARIAE
SORORI IOHANNES

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Me malus ille meo dixit gaudere dolore:

tu scis ut doleant gaudia nostra, soror.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXXIV. - AD
LEONEM XIII
PONTIFICEM
MAXIMUM

\pard\sl312\slmult0

700 Villulae, si qua, Pater, otiaris,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 nobili pinum memor imminentem

et nigris vises hederis amicta

\pard\sl312\slmult0 saxa Vacunae.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Audies illum placido loquentem

\pard\sl312\slmult0 705 ore quem fecit citharae Sabellum

\pard\sl312\slmult0 musa. Tu parce hunc, Pater, adrogantem

\pard\sl312\slmult0 carpere vatem:

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ipse enim noctu modo visus, ipse,



\pard\sl312\slmult0

Flaccus in somnis mihi vellit aurem

\pard\sl312\slmult0 710 et «Modis» inquit «tenuare parvis

\pard\sl312\slmult0 desine magna».

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 XXXV. - AD I. B. GEORGINIUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quae pueri, ranis circum resonantibus, olim

audierunt, audi tu quoque, care senex.

Est puer in nobis... qui nulli visus et idem



\pard\sl312\slmult0

cuncta videns tibi inest, audiat ista puer.

\pard\sl312\slmult0 a. d. XIII Kal. Quintiles 1902.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XXXVI. - AD EUNDEM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Vates atque idem cultor venerande rosarum,

qua potes arte, rubus fac ferat iste rosam.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXXVII. - AD I. I.
HARTMAN

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hartman, non vinci,
magis est vicisse pudori

cum victor victi carmina saepe lego.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0
Pisis, a. d. XIII Kal. Iunias.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXXVIII. - AD
GASPAREM FINALIUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 720 Te Graecina rogat



\pard\sl312\slmult0

tam tristes passa dolores

ut mittas tot post saecula lacrimulam...

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XXXIX. - AD
TANCREDUM
MAIOLIUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tancredus legat hoc, oro, quodcumque libelli est:

ornabit chartas lacrima forte meas.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XL. - AD ALOISIUM
PIETROBONO

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tu versus latios, ego picentina, sodalis,

pocula. Quid censes? dulcius ipse bibes?

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XLI. - AD ALOISIUM
SICILIANI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tot mihi caseolos quot sunt haec carmina mittas,

atque a me cedet gratia magna tibi.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XLII. - AD
CLEMENTILLAM
MARCOVIGIAM



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Clementilla, tibi flores, bellaria, vellem

dulcia natali mittere dona tuo.

Heu mihi! sed flores absunt, bellaria desunt.

Accipe quod possum mittere: dulcius est.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 XLIII. - AD EANDEM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Hoc amplexa dic dic, Clementilla, parentes:

Heu! ne sit dulcis causa doloris amor.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 a. d. IX Kal. Decembreis.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 XLIV. - AD FR. X. REUSSUM

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Te rus Albanum cupiebam visere. Vidi

735 et cupio, Reusso vate, videre magis.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 XLV. - AD PEREGRINUM PUCCINELLIUM SACERDOTEM

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Siste pedem, peregrine, pio nunc vescere pane.

Mox laeto repetes corde refectus iter.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 IX Kal. Octobres MCMVI.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 XLVI.- AUGUSTO MURRIO SERVATORI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Alterius mira voveo patris arte renata:

esto tic aliis altera vita, pater.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 XLVII. - IN NUPTIIS CARDUCCIAE ET GNACCARINI

\pard\sl312\slmult0

*ad Iulium*

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 740 Felix cui Daphneque favet simul ipseque Phoebus,

cui Roma concors auspice ridet Amor.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 XLVIII. - IN NUPTIIS ZANICHELLIAE ET PANTANELLI



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 *ad Caesarem Zanichellium*

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ne dic «Nata, vale». Iam dic «Salvete, nepotes»,

quos ut avo monstret mox reditura fugit.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 XLIX. - AD IOSEPHILLAM RAVA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Anulus est medius



\pard\sl312\slmult0

pulcrae tuus iste catellae.

I, virgo: gentes aurea iunge duas.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0
XVIII KaL Febr. MCMXI.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 L. - PRO
BIBLIOTHECA
TAURINENSI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quae renovate magis valeant quam demere luctum

maestior a maestis accipe dona, soror.

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LI. - BASILICA
OSTIENSIS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Pontifices iniere bonum certamen, ut igne

hausta tibia sterili surgeret igne domus.

750 Perficiunt Itali reges opus. Aspice templum

splendidius. Lucrum, te vade, Paulle, mori.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LII. - AEMILIA

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Serior hos habuit romanos Roma secundos.

Imperium brevius: mens animusque pares:

aeque arma, aeque artes curae. Ne cetera mites

antiquae catulos crede fuisse lupae.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LIII. - ROMA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Naviget: en naves. En currus: Roma triumphet.

Ecce boves et equos, ur prius, arma, viros.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 VI Kal. Iunias.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 LIV. - GLORIA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Quae soli nudoque ex ipso vertice cursus

exsistit, victor, Gloria tota tua est.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 LV. - PETRO ANGELIO BARGAEO

\pard\sl312\slmult 0 QUO DIE MONUMENTUM



\pard\sl312\slmult0

CIVES PONUNT
CONSECRANT

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Multos post annos tua te incuriabuia vatcm

insignem video nomine Barga meo.

Aspice tu patrios montes. Mutare vetustas

nec mihi scit montes nec decus alta tibi.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LVI. - CHARITAS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Aegroti debent auris artique salutem

et donaturo quantulacumque tibi.



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LVII. - VIDUA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Illacrimor: frustra! Non tu, mea vita, vides me,

nam dormis: iam te non ego, namque volas.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LVIII. - VOX AEREA

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Ego haec vetusti reddor aevi vox memor.

Cives, eandem quam patres illi atque avi



\pard\sl312\slmult0

audite, quam sublimis ecfert aeream
aere urbs perenni vestra me perennior.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LIX. – VILLA

1.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Arboribus superent aedes, domus aedibus oro,
et desiderio res animaeque deus.

\pard\sl312\slmult
0

2. *aliter*

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 A nulla tandem non malis surgere cena.

Heic, hospes, vivas, hinc abiture libens.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 3. *aliter*

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Lapsuras frondes, lapides mirare caducos.

Disce cito voltum, si cupis, hospes, eri.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 4. *aliter*

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Heic inter nemorum frondes et sidera caeli

umbram luce vide, suspice nocte diem.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 5. *aliter*

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 780 Hospes, te luci frondis tegat umbra caducae:

aeternis astris nox vehat apta domum.

\pard\sl312\slmult0 d.
IX Kal. Quintilis.

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LIX. - LA VILLA

\pard\sl312\slmult
0 1

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 La casa duri piú degli alberi, la famiglia piú della casa; e la sostanza sia oltre il bisogno, e Dio oltre la vita.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 2

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Nessuna cena è da cui tu in fine non preferisca alzarti. Qui gòditi più volentieri la via, ospite, sebbene volentieri tu sia per andartene.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 3

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Guarda, ospite, con meraviglia, queste foglie che pur cadranno, queste pietre che rovineranno. Affrettati, se ne hai voglia, a fare la conoscenza della figura del padrone.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 4

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Qui tra le foglie del bosco e le stelle del cielo vedi nel giorno chiaro l'ombra, guarda su nella notte oscura la luce.

\pard\sl312\slmult0



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 5

\pard\sl312\slmult0

Di giorno, ospite, ti protegga l'ombra delle foglie, che cadranno; ti conduca a casa tua la notte a cui sono fisse le stelle eterne.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0
23 giugno (1901)
*Trad*. GIOVANNI PASCOLI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LX. - CONVIVIUM

\pard\sl312\slmult0


\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Dum tibi flos redolet, lychni convivia lustrant,

\pard\sl312\slmult0 tempore, nec siccus forte nec udus, abi.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LXI. - DE MORTE PLACIDI CONSOBRINI

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Huc umbram Placidum voluissem ducere mecum:

\pard\sl312\slmult0 heu Placidus vere tum fuit umbra meus.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult
0 LXII. - AURUM DEFOSSUM



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Aurum defodi, quod si cupis, inspice si qua

\pard\sl312\slmult0 sanguis adhuc manet, sicubi laurus olet.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 LXIII. - THESAURUS

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Tutus inest thesaurus. Habet sua tela. Cave, fur.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 LXIV. - MONOSTICHUM DE VI ELECTRICA



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 Et loquor et scribo, magis est quod fulmine iungo.

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult 0 LXV. - POMPOSIA

\pard\sl312\slmult0

Anni iam sunt mille. Mihi sata pascua villae,

\pard\sl312\slmult0 mel erat et vinum, fruges et textile linum,

grex satur in caulis, erat altilis omnis in aulis,

mugitusque boum iubar explorabat eoum;

dumque mea cura fluitant florentia rura,



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0 ipsa dabam sanctum semper Pomposia cantum:

\pard\sl312\slmult0 UT proscissa bonos REdamarent arva colonos,

MItisque haec victu, FAcilis quoque vita relictu,

sol laetus laetis, LAbor hic foret arra quietis.

Haec prius: alterno torpebam deinde veterno,

\pard\sl312\slmult0 cum terrae matri decessit vomis aratri.

\pard\sl312\slmult0 Amissis rastris, ego mansi sola sub astris.

Tum mihi squalenti cecinerunt undique venti

atque iracundae tantum procul aequoris undae.



\pard\sl312\slmult0

Tum manes multos monachorum rite sepultos

\pard\sl312\slmult0 voce queri maesta nox audiit intempesta.

\pard\sl312\slmult0 Nunc priscae famae meminerunt denique lamae:

nunc rident orae foliis herbisque decorae.

Quod fuit est. Lentam stupeo remeare iuventam:

has segetes laetas longissima ventilat aetas:

\pard\sl312\slmult0 hic mihi curo fido monachus canit agmine Wido.

\pard\sl312\slmult
0 LXVI - ÏÉÍÙÔÑÉÏÓ



\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0

\pard\sl312\slmult0   Ôῃä’, ὢ îåĩíå, ößëïéò Ïἰíþôñéïò ἕîåô’ ἀåßäùí,

\pard\sl312\slmult0   ôñìò ä’ ὅãå Ðéåñßäùí ìíÞóáô’ ἰïðëïϰÜìùíÿ

\pard\sl312\slmult0 ïἱ äὲ óéùðῶíôåò ìåëéçäÝá ïἶíïí ἔðéíïí

\pard\sl312\slmult0   ôåñðüìåíïß ô’ ïἵíῳ, ôåñðüìåíïß ôå ìÝëåéÿ

\pard\sl312\slmult0 815   ïἵíïõ ô’ ἧí ãëõϰåñïῦ ìåãÜëç ÷Üñéò, ἡ äÝ ô’ ἀìåßíùí

\pard\sl312\slmult0   ἡ ìὲí ãὰñ âáéὴ ãßãíåôáé, ἡ ä’ ἐò ἀåß.

\pard\sl312\slmult0